


Caspari.

GRAMMATICA ARABICA

IN USUM

SCHOLARUM ACADEMICARUM.

SCRIPSIT

CAROLUS PAULUS CASPARI,

PHIL. DR., THEOL. LIC. HUIUSQUE IN UNIVERSITATE CHRISTIANIENSI LECTOR,

SOCIETATT. ASIATICAE PARISIENSIS, ORIENTALIS GERMANICAE

ET HIST.-THEOL. LIPSIENSIS SODALIS.

ACCEDIT

BREVIS CHRESTOMATHIA EX CODD. MSCR.


CONCINNATA.

LIPSIAE,

SUMTIBUS C. L. FRITZSCHII.

—

MDCCCXLVIII.



PRAEFATIO.

Consilium in hac grammatica Arabica, cujus jam alteram partem lectoribus trado, conscribenda id fuit, ut linguam Arabicam addiscere cupientibus librum pararem, qui medium inter majora illa de Sacyi et Ewaldi opera et nimis tenues syntaxique prorsus carentes aliorum libellos locum teneret simulque parvo esset venalis. Talem enim librum et ipse desiderabam et a multis vehementer desiderari sciebam. Me consilium meum, quod ad partem priorem attinet, assecutum esse, summo meo gaudio tum ex numero exemplorum hujus partis jam divenditorum, tum ex eo intelligo, quod ea in pluribus Academiis lectionibus de grammatica Arabica habitis fundamento fuit. Quod ad eam, — de qua, quum jam per nonnullos annos in manibus eorum versetur, qui literis Arabicis student, non est quod hoc loco quidquam dicam, — nunc demum altera, syntactica cum chrestomathia, accedit, id maxima ex parte mea culpa factum est, cujus rei veniam a lectoribus peto. Ordo, quem in syntaxi servavi, ab Ewaldiano, quem, ut naturae rei consentaneum, paene totum meum feci, in nonnullis recedit. Ea enim in parte syntaxeos, quae de singulis partibus orationis agit, ordinem partis etymologicae secutus sum, primo loco de verbo, secundo de nomine locutus. Item iis, quae de tempo-

ribus et modis verbi disserui, doctrinam de ejus rectione (de accusativo et praepositionibus) adjunxi. Quem ordinem simplicissimum esse, nemo negabit. Ita euim primum de iis, quae ad internas formarum verbi notiones spectant, deinde de vi, quam verbum in alias enuntiationis partes exserit, agitur. Partium, quas Chrestomathia continet, posterior desumta est ex ʿAbderraḥmâni Basṭâmensis odorum musci capite decimo, cujus apographo ex duobus codd. mscr. Biblioth. Civitat. Lips. (CCXCIII et CCXCIV partis arab. pers. turc.) a se facto uti mihi permisit Vir clarissimus mihique amicissimus Wetzstenius. Priorem partem depromsi ex apographo commentarii Surûriani in Sádii Gulistân, quod, ut quaedam ex eo in usum meum excerperem, benigne mecum communicavit Vir S. V. Fleischerus. Cui magistro meo dilectissimo deque me meritissimo etiam plurima et optima in hoc libro debeo, pro quibus maximas ei hoc loco gratias ago.

Scribebam Christianiae d. 1. Februarii MDCCCXLVIII.

ARGUMENTUM.

GRAMMATICA.

LIBER PRIMUS.

De linguae Arabicae elementis eorumque scriptura.

Pag.

I. De consonantibus et literis. 1
II. De vocalibus et diphthongis. 3
III. De reliquis signis lectionis. 6
1. De G'ezma. 6
2. De Tèšdîd. 7
3. De Hèmza. 8
4. De Wasla. 9
5. De Mèdda. 13
IV. De syllaba. 13
V. De accentu. 14
VI. De numerorum signis. 14

LIBER SECUNDUS.

De formis earumque notione.

I. De Verbo.

A. De verbo in universum.

1. De variis verborum triliterorum formis. 15
2. De verbis quadriliteris eorumque formis. 24
3. De verborum generibus. 25

Pag.
4. De verborum temporibus. 25
5. De verborum modis. 26
6. De numeris, generibus et personis. 26

B. De verbo firmo.

1. De activo formae primae verbi firmi. 26
a. De flexione personali. 27
b. De temporum et modorum forma. 33
2. De passivo formae primae verbi firmi. 35
3. De formis derivatis verbi firmi. 35
4. De verbo quadrilitero. 38
5. De verbo mediae geminatae. 38

C. De verbis infirmis. 40

1. De verbis hèmzatis. 41
2. De verbis sensu strictiori infirmis. 43
a. De verbis primae radicalis و et ى 43
b. De verbis mediae radicalis و et ى 45
c. De verbis tertiae radicalis و et ى 50
De verbis dupliciter et tripliciter infirmis. . . 53

Appendix prior.

1. De verbo لَيْسَ 58
2. De verbis laudis et vituperii. 58
3. De formis admirativis. 58

Appendix posterior.

De suffixis verborum accusativum denotantibus. . 59

II. De Nomine.

A. De nominibus substantivis et adjectivis.

1. De derivatione nominum substantivorum et adjectivorum et de variis eorum formis. 63
a. De nominibus derivatis deverbalibus. 65
α) De nominibus verbi. 65
β) De nominibus vicis. 70
γ) De nominibus speciei. 71
δ) De nominibus loci et temporis. 71
ε) De nominibus instrumenti. 74
ζ) De nominibus agentis et patientis. 75
b. De nominibus derivatis denominativis. 80
α) De nominibus unitatis. 80

Pag.

β) De nominibus multitudinis sive abundantiae. . 80
γ) De nominibus vasis. 81
δ) De nominibus adjectivis relativis. 81
ε) De nominibus abstractis qualitatis. 87
ζ) De nominibus deminutivis. 87
2. De genere nominum. 90
3. De numero nominum. 95
4. De declinatione nominum. 112
a. De declinatione nominum indefinitorum. 112
b. De declinatione nominum definitorum. 118
Appendix. De suffixis nominum genitivum denotantibus. 120

B. De nominibus numeralibus.

1. De numeralibus cardinalibus. 122
2. De numeralibus ordinalibus. 126
3. De reliquis numeralibus. 127

C. De nominibus demonstrativis, conjunctivis et interrogativis.

1. De nominibus demonstrativis et articulo. 128
2. De nominibus conjunctivis et interrogativis. 131
a. De nominibus conjunctivis. 131
b. De nominibus interrogativis. 133

III. De Particulis.

A. De praepositionibus. 134
B. De adverbiis. 136
C. De conjunctionibus. 138
D. De interjectionibus. 140

LIBER TERTIUS.

De syntaxi.

I. De singulis enuntiationum partibus.

A. De verbo.

1. De temporibus. 141
2. De modis. 150
3. De rectione verbi. 156
a. De accusativo. 157
b. De praepositionibus. 187

Pag.

B. De nomine.

1. De nomine verbi, agentis et patientis. 217
2. De rectione nominis. De statu constructo et genitivo. . 221
De rectione numeralium. 235

II. De enuntiationibus.

A. De enuntiationibus in genere.

1. De partibus enuntiationis sive de subjecto et praedicato eorumque complementis. 245
2. De generis numerique in enuntiatione concordia. . . 259

B. De variis enuntiationum generibus.

1. De enuntiationibus negativis. 265
2. De enuntiationibus interrogativis. 269
3. De enuntiationibus relativis. 274
4. De enuntiationibus copulativis. 280
5. De enuntiationibus conditionalibus et hypotheticis. . . 286

CHRESTOMATHIA.

I. Textus 289
II. Lexicon. 302
Paradigmata verbalia et tabulae metricae. . . I—XXIV

Liber primus.

De linguae Arabicae elementis eorumque scriptura.

I. De consonantibus et literis.

1. Arabes a dextra sinistram versus scribunt et legunt. Literae, numero duodetriginta, praeter tres, quae etiam pro vocalibus usurpantur (vid. Tab. et 3.), tantum consonantes sunt. Singulae literae verborum aut a parte postica, aut ab antica, aut ab utraque cum ceteris conjunguntur, et pleraeque, quum in fine verborum sunt, aut separatim scribuntur, in liberiores ductus excurrunt; unde forma cujusque literae varias vices patitur. Literarum ordinem, nomina, formarum vices, sonos et valorem numeralem haec tabula ostendit:

Ordo	Nomina		Figurae: non connexae	Figurae: connexae cum antecedente tantum	Figurae: utrinque connexae	Figurae: connexae cum sequente tantum	Soni	Literae Arabicae literis latinis expressae.	Valor numeralis.
1	أَلِفٌ	Èlif.	ا	ـا	....	....	1) ʾ Graecorum, א mobile Hebraeorum, Gallorum *h* in *homme*. 2) *â*.	ʾ â	1
2	بَآءٌ	Bè.	ب	ـب	ـبـ	بـ	*B*.	b	2
3	تَآءٌ	Tê.	ت	ـت	ـتـ	تـ	*T*.	t	400
4	ثَآءٌ	Ṯê.	ث	ـث	ـثـ	ثـ	*T* blaesum, extrema lingua per dentes trusa pronuntiandum, Graecorum ϑ, *th* Anglorum.	ṯ	500
5	جِيمٌ	Ǵîm.	ج	ـج	ـجـ	جـ	Italorum *g* ante *e* et *i* (v. c. *giardino*).	ǵ	3

Ordo	Nomina	Figurae				Soni	Literae Arabicae literis latinis expressae.	Valor numeralis
		non connexae	connexae cum antecedente tantum	utrinque connexae	connexae cum sequente tantum			
6	حَآءٌ Ḥâ.	ح	ـح	ـحـ	حـ	Spiritus gutturalis acerrimus sine ulla rasura gulae proferendus.	ḥ	8
7	خَآءٌ Ḫâ.	خ	ـخ	ـخـ	خـ	Germanorum ch in Rache.	ḫ	600
8	دَالٌ Dâl.	د	ـد	....	....	*D*.	d	4
9	ذَالٌ Ḏâl.	ذ	ـذ	....	....	*D* blaesum, extrema lingua per dentes trusa pronuntiandum, Graecorum *δ*. Inter ذ et د eadem necessitudo intercedit, quae inter ث et ت.	ḏ	700
10	رَآءٌ Rê.	ر	ـر	....	....	*R* linguale.	r	200
11	زَآءٌ Zê.	ز	ـز	....	....	Respondet Graecorum ζ, Germanorum ſ in Roſe.	z	7
12	سِينٌ Sîn.	س	ـس	ـسـ	سـ	Hebraeorum ס, Germanorum ß in weiß.	s	60
13	شِينٌ Šîn.	ش	ـش	ـشـ	شـ	Germanorum sch, Anglorum *sh*, Gallorum *ch*.	š	300
14	صَادٌ Ṣâd.	ص	ـص	ـصـ	صـ	*S* cerebrale cum emphasi proferendum.	ṣ	90
15	ضَادٌ Ḍâd.	ض	ـض	ـضـ	ضـ	*D* cerebrale cum emphasi pronuntiandum.	ḍ	800
16	طَآءٌ Ṭâ.	ط	ـط	ـطـ	طـ	*T* cerebrale cum emphasi pronuntiandum.	ṭ	9
17	ظَآءٌ Ẓâ.	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ	*Z* (gallicum) cerebrale cum emphasi pronuntiandum. Inter ظ et ط eadem necessitudo intercedit, quae inter ث et ت, ذ et د.	ẓ	900
18	عَيْنٌ ʿAin.	ع	ـع	ـعـ	عـ	ע Hebraeorum; spiritus gutturalis extremo gutture valide compresso et aëre protruso pronuntiandus.	ʿ	70
19	غَيْنٌ Ġain.	غ	ـغ	ـغـ	غـ	*R* gutturale tremulum.	ġ	1000
20	فَآءٌ Fê.	ف	ـف	ـفـ	فـ	*F*.	f	80

Ordo	Nomina	Figurae: non connexae	Figurae: connexae cum antecedente tantum	Figurae: utrinque connexae	Figurae: connexae cum sequente tantum	Soni	Literae Arabicae literis latinis expressae	Valor numeralis
21	قَافْ Qâf.	ق	ـق	ـقـ	قـ	*K* gutturale cum emphasi pronuntiandum, ק Hebraeorum.	q	100
22	كَافْ Kâf.	ك	ـك	ـكـ	كـ	*K* palatale.	k	20
23	لَامْ Lâm.	ل	ـل	ـلـ	لـ	*L.*	l	30
24	مِيمْ Mîm.	م	ـم	ـمـ	مـ	*M.*	m	40
25	نُونْ Nûn.	ن	ـن	ـنـ	نـ	*N.*	n	50
26	هَآءْ Hè.*)	ه	ـه	ـهـ	هـ	*H*, etiam in fine syllabae semper acuendum, ut in أهل, quasi *àhhl.*	h	5
27	وَاوْ Wâw.	و	ـو	....	....	1) *W*, ut Anglorum *w* in *wind (uind)* pronuntiandum; 2) *û*.	w, û.	6
28	يَآءْ Jè.	ى	ـى	ـيـ	يـ	1) Hebraeorum י; 2) *î*.	j, î.	10

2. ا cum ل antecedente conjunctum sic pingitur: لا, ـلا. Hae binae literae Lâm-Èlif appellantur et pro una habentur, quae undetricesima ad ceteras accedere solet. In iis libris, qui manu scripti aut elegantioribus typis expressi sunt, nonnullae literae in symplegmata coëunt, quorum exempla, unde cetera facile agnoscas, haec habe:

بح Bê-Ḥâ.
تح Tê-Ḥâ.
جح Ǵîm-Ḥâ.
حجج Ḥâ-Ǵîm-Ǵîm.
سح Sîn-Ḥâ.
صح Ṣâd-Ḥâ.
عج 'Ain-Ǵîm.
فح Fê-Ḥâ.
لح Lâm-Ḥâ.
مح Mîm-Ḥâ.
نح Nûn-Ḥâ.
يح Jê-Ḥâ.

II. De vocalibus et diphthongis earumque signis.

3. Initio Arabes signis vocalium brevium caruerunt, ad longas autem et diphthongos designandas tribus consonantibus

*) In exitu grammatico ةَ, Hebraeorum הָ, הֵ, Hê binis punctis instructum idem quod t, ت, valet.

ا, ى, و, quippe quae sono ad vocales proxime accederent, ita usi sunt, ut ا esset â, ut لا lâ, ى î, ut فى fî, et ei, ut بَيْتٌ beitun, و û, ut ذُو dû, et au, ut لَو lau.

4. Postea vocalium brevium signa inventa sunt haec:

1) ـَ, Fèth, فَتْحٌ, vel Fètha, فَتْحَةٌ, a, ä sive è, e, ut خَلَقَ halaqa, شَمْسٌ śämsun s. śèmsun, كَرِيمٌ kerîmun.

2) ـِ, Kèsr, كَسْرٌ, vel Kèsra, كَسْرَةٌ, i, y (i. e. i obscurius, ad e inclinans), ut بِهِ bihi, أَقِطٌ aqyṭun.

3) ـُ, Ḍamm, ضَمٌّ, vel Ḍamma, ضَمَّةٌ, u, o, ö (utrumque tamen obscurius, ad u et ü inclinans), ut لَهُ lehu, حُجَّةٌ hoģģetun, عُمْرٌ ʿömrun.

5. Ubi autem haec tria signa sonos genuinos a, i, u, etiam nunc retineant, ubi per inclinationem partim a consonantibus infirmioribus admissam, partim a validioribus expressam ä sive è, e, y, o, ö sonent, certo et ad oculos doceri non potest, quoniam in aliis terris lingua Arabica utentibus alius usus obtinet, omnino autem ora arabica prae vi consonantium vocales breves minus distincte efferunt. Teneantur tamen haec:

1) Ubi literae gutturales duriores, ح, خ, ع, غ, aut emphaticae, ص, ض, ط, ظ, ق, Fètham, Kèsram, Ḍammam antecedunt aut sequuntur, Fètha a sonat, ut خَمْرٌ ḥamrun, لَعْبٌ laʿbun, ante et post emphaticas quidem paullo obscurius, fere å, ut بَقِيَ båqyja, صَدْرٌ ṣådrun; Kèsra y, ut عِلْمٌ ylmun, سِحْرٌ syḥrun, قِشْرٌ qyśrun paene élmun, seḥrun, qeśrun; Ḍamma cum gutturalibus o vel ö obscurius, ut حُسْنٌ ḥosnun vel ḥösnun, رُعْبٌ roʿbun vel röʿbun, cum emphaticis ultra o, ut لَطُفَ laṭofa, لُطْفٌ loṭfun, sono inter o et u medio.

2) In syllabis compositis, in quibus nulla illarum consonantium gutturalium aut emphaticarum est, et in syllabis simplicibus, quae neque ipsae ab ulla earum incipiunt, neque ullam earum antecedunt, Fètha partim a quoddam tenue est, ore compressiore efferendum et ad ä inclinans, ut كَتَبْتَ kàtàbta, أَكْبَرُ àkbàru, paene ut kätäbta, äkbäru; partim ultra

ad è et e delabitur, maxime in syllaba simplici brevi, quam sequitur longa, ut بَلْ bèl, مَرْكَبٌ mèrkèbun, سَمَكٌ sèmèkun, سَمِينٌ sèmînun, مَدِينَةٌ mèdînetun, quasi s'mînun, m'dînetun. Retinet tamen sonum a puri ante et post ر, quippe quod prope ad literas emphaticas accedat, duplicatum, ut جَرَّةٌ ǵarratun, مَرَّةٌ marratun, et post idem vocales â et û sequens, ut فَارَةٌ fâratun, صُورَةٌ ṣûratun; et in fine verborum.

6. Vocales longae, â, î, û, jam ita designantur, ut signa brevium literis ا, ى, و praemittantur, ut قَالَ qâla, سِيرَ sîra, تُوبِى tûbî; illae literae autem vocalibus producendis inservientes *literae productionis*, حُرُوفُ ٱلْمَدِّ, appellantur. Ceterum ـِى et ـُو semper î et û sonant, nunquam ê et ô, nisi quod ante et post consonantes emphaticas ad hos sonos inclinant, ut طِينٌ ṭŷnun, صِدِّيقٌ ṣyddŷqun, طُورٌ ṭûrun, paene ṭôrun, بُوقٌ bûqun, paene bôqun.

Adnot. Quum â in mediis verbis olim rarius literâ productionis designaretur, id postea in nonnullis verbis, maxime frequentatis retentum est. Itaque pro ـَا legitime Fètḥa simplex scribitur in ٱللّٰهُ, ٱلرَّحْمَٰنُ, حَرِثٌ sive ٱلْحَٰرِثُ (n. propr.), هَٰذَا, ذَٰلِكَ, accuratius autem ad perpendiculum dirigitur et ad speciem parvi Èlif traducitur, sic: ٱللّٰهُ, ٱلرَّحْمٰنُ cet., pro ٱللَّاهُ, ٱلرَّحْمَانُ cet. Etiam pro ثَلَاثٌ, ثَلَاثَةٌ, saepe scribitur ثَلٰثٌ, ثَلٰثَةٌ.

7. ا respondet Fèthae, ى Kèsrae, و Dammae; quare ا appellatur أُخْتُ ٱلْفَتْحَةِ, soror Fèthae, ى أُخْتُ ٱلْكَسْرَةِ, soror Kèsrae, و أُخْتُ ٱلضَّمَّةِ, soror Dammae. Fètḥa autem literas ى et و antecedens diphthongos ai et au efficit, quae post consonantes gutturales duriores et emphaticas etiam nunc satis clare sonant, ut صَيْفٌ ṣaifun, حَوْفٌ ḥaufun, post ceteras prope in ô et ê confunduntur, ut سَيْفٌ sèⁱfun, مَوْتٌ mᵃôtun.

Adnot. a. Post و productionis in fine verborum positum, sive Ḍamma antecedit, sive Fètḥa, interdum (vid. 95) ا mutum otiosumque scribitur, ut نَصَرُوا, رَمَوْا.

Adnot. *b.* ى, in fine verborum post Fètham pro Èlif positum, hujus sonum habet, ut فَتَى fètâ, رَمَى ramâ, إِلَى ilâ, atque ut Èlif ipsum ibidem positum, ut بَهْنَسَا Bèhnesâ, غَزَا ġazâ, اَلْأَلِفُ ٱلْمَقْصُورَةُ, Èlif breve, vocatur, non quod per se breve sit, sed quia brevius est quam اَلْأَلِفُ ٱلْمَمْدُودَةُ, Èlif productum, de quo vid. 22 et 23 Adnot. *a*.

Adnot. *c.* Quum verbis in ـَى exeuntibus aliquod pronomen subjungitur, illud ـَى interdum more antiquo retinetur, ut in رَمَيهُ vel رَمَيهُ ramâhu, usitatius scriptura sonum sequitur, sic: رَمَاهُ.

Adnot. *d.* In exitu quorundam nominum pro ـَاةٌ antiquius ـَوةٌ et ـَيةٌ scribitur, ut حَيَوةٌ vel حَيٰوةٌ, صَلَوةٌ vel صَلٰوةٌ, تَوْرَيةٌ vel تَوْرٰيةٌ, quam scripturam sequitur exquisitior pronuntiatio literae a ad å et ä inclinans: ḥajåtun, ṣalåtun, tauràtun.

8. Signa vocalium brevium duplicata ـً ـٍ ـٌ sive ـٌ ita pronuntiantur, ut singulis vocalibus adjungatur consonans n: an, in, un; sed postremae tantum verborum literae illa admittunt, ut مَدِينَةً, medînetan, بِنْتٍ bintin, مَالٌ mâlun. Id tenwîn, تَنْوِينٌ, appellatur, vulgo nunatio, a nomine literae Nûn.

Adnot. Signum ـً, ubi literam ة sequitur, ut خَلِيفَةً, aut literam ى, quae pro ا est, antecedit, ut هُدًى, literam ا non adsciscit; ubi Hèmzam (vid. 15) sequitur, antiquius non adsciscit, ut شَيْءً, usitatius adsciscit: شَيْئًا; ubi ceteras consonantes sequitur, semper adsciscit, ut بَابًا, رِيحًا.

III. De reliquis signis lectionis.

1. De Ǵèzma.

9. Ǵèzma, جَزْمٌ vel جَزْمَةٌ, i. e. abscissio, ـْ, consonanti, in quam syllaba composita exit, superscripta eam syllabam a proxima pronuntiando distinguendam esse indicat, ut بَلْ, هُمْ, bèl, hum, سَفْسَفَ sèf-sèfa, قُرْآنٌ qor-ânun, non qo-rânun. Valet igitur idem quod Schewa quiescens Hebraeorum, quocum convenit alterum nomen ejus, سُكُونٌ, *quies*.

10. ى et و cum Fètha in diphthongum coalescentia Gèzmâ signantur, ut لَيْلٌ, يَوْمٌ, pro Èlif productionis posita non signantur; vid. 7. Adnot. *b.* *c.* *d.*

2. De Tèšdîd.

11. Consonans duplicanda, sive, ut Arabes dicunt, corroboranda, مُشَدَّدٌ, non bis scribitur, sed ـّ, signum duplicationis, ei imponitur, quod et ipsum Tèšdîd, تَشْدِيدٌ, i. e. corroboratio, appellatur, ut اَلْكُلَّ el-kulla, كُلًّا kullan, اَلسَّمِّ es-sèmmi, سَمٍّ sèmmin, اَلْمُرُّ elmurru, مُرٌّ murrun. Valet igitur idem quod Hebraeorum Dagesch forte, nostrum ‾ literis m et n impositum, ut Ham̄er, Män̄er.

Adnot. *a.* Illud ـّ siglum est literae ش, i. e. primae radicalis nominis تَشْدِيدٌ, vel primae literae nominis شِدَّةٌ, robur, quod apud Africanos pro illo usitatum est.

Adnot. *b.* Tèšdîd, ubi cum ـَ, ـِ, ـُ, ـْ, concurrit, inter ea et consonantes medium collocari docent ipsa, quae supra posita sunt, exempla.

Adnot. *c.* Omnes consonantes, ne Èlif hèmzato (vid. 15) quidem excepto, ut رَأَّاسٌ, duplicationem admittunt.

12. Tèšdîd duplex est: *necessarium* et *euphonicum.*

13. Tèšdîd *necessarium,* quod semper vocalem sequitur, sive brevem, ut عَلَّقَ, sive longam, ut مَادٌّ, duplicationem indicat, a qua ipsa verbi significatio pendet, uti أَمَرَ significat *imperavit,* أَمَّرَ *imperatorem constituit,* مُرٌّ *amarum,* مُرٌ vox inanis est.

Adnot. Quum syllaba per vocalem longa praetereaque in consonantem exiens aegerrime admittatur, Tèšdîd necessarium literas productionis و et ى rarissime sequitur, ا interdum (vid. 25), ut مَارٌّ, يَكْتُبَانِّ.

14. Tèšdîd *euphonicum* semper sequitur consonantem posteriorem syllabae compositae vocali non instructam et aspe-

rioris collisionis evitandae causa in sonum consonantis proxime sequentis abeuntem. Eo instruuntur:

1) Literae ت, ث, د, ذ, ر, ز, س, ش, ص, ض, ط, ظ, ل, ن post articulum اَلْ, ut اَلشَّمْسُ èsch-schèmsu, اَلرَّحْمٰنُ ar-raḥmânu.

2) Literae ل, ر, م, و, ى (لَوْمِيرُ) post Nûn gèzmatum, ut مِن رَّبِّهِ mir-rabbihi. Idem cadit in nunationem, ut كِتَابٌ مُّبِينٌ kitâbum-mubînun pro كِتَابٌ مُبِينٌ kitâbun mubînun. — Nûn verborum مِنْ, عَنْ, أَنْ, ubi cum مَا, مَنْ, لَا coalescunt, ne scribitur quidem, ut مِمَّنْ pro مِنْمَنْ, hoc autem pro مِنْ مَنْ, عَمَّا pro عَنْمَا, hoc autem pro عَنْ مَا, أَلَّا pro أَنْلَا, hoc autem pro أَنْ لَا.

3) Litera ت post ت, ث, د, ذ, ص, ط, ظ, ut لَبِثتُّ lebittu pro لَبِثْتُ lebiṯtu, أَرَدتُّ aratta pro أَرَدْتَ aradta, أَخَذتِّ aḥatti pro أَخَذْتِ aḥadti, بَسَطتُّمْ basattum pro بَسَطْتُمْ basaṭtum.

Adnot. ad 1. Literae ت, ث, et quae sequuntur usque ad ن, quum una earum, ش, prima sit nominis شَمْسٌ, *sol*, اَلشَّمْسِيَّةُ, *solares*, appellantur; reliquae, quum una earum, ق, prima sit nominis قَمَرٌ, *luna*, اَلْقَمَرِيَّةُ, *lunares*.

3. De Hèmza.

15. Èlif, ubi non est litera productionis, sed consonans vim spiritus lenis habens, distinguitur signo ء, Hèmza, هَمْزٌ, vel هَمْزَةٌ, quod punctionem significat, ut أَسَدٌ, سَأَلَ, رَأْسٌ, قَرَأَ, إِقْرَأْ, إِقْلِيدٌ, خَطَإٍ, أُمٌّ, خَطَأٌ.

Adnot. *a*. Illud ء est ع minusculum, Èlif prope ut Àin sonare indicans.

Adnot. *b*. Hèmza vocalem et supra, et infra Èlif sequitur, et inter hoc et vocalem aut Gèzmam media collocatur, ut in paragrapho factum esse vides.

16. Eodem signo distinguuntur literae ى et و pro Èlif

hèmzato positae, ut جِئْتُ pro جِاُتُ, خَاسِئِينَ pro خَاسِاِينَ, ubi puncta literae ى legitime omittuntur, بُؤْسٌ pro بَأْسٌ, رُؤُوسٌ pro رَأُوسٌ.

17. Pro أ, إ, ئ, ؤ solum ء scribitur

1) Semper in verbis extremis post literam productionis aut literam gèzmatam, ut جَآءٌ, جِيءٌ, سُوءٌ, ضَوْءٌ, ظِمْءٌ vel usitatius ظِمْئًا (vid. Adnot. ad 8), et in verbis mediis post Èlif productionis, si Hèmza vocalem Fètham habet, ut يَتَسَآءَلُونَ, أَعْدَآءَكُمْ; nam pro أَعْدَآءُكُمْ et أَعْدَآءِكُمْ legitime scribitur أَعْدَآؤُكُمْ, أَعْدَآئِكُمْ.

Adnot. Sicubi accusativos, ut شَيْئًا, ظِمْئًا, scriptos vides شَيْأً, ظِمْأً, id praeter legem factum esse tene.

2) Saepe in verbis mediis post literas productionis ى et و, aut literam gèzmatam, ut مَقْرُوءَةٌ pro مَقْرُوؤَةٌ, مُوءبَاتٌ pro مُوئِبَاتٌ, تَوْءَمٌ pro تَوْأَمٌ, يَسْـَٔلُ pro يَسْأَلُ, item post Kèsram et Dammam ante ى et و productionis, ut خَاطِـِٔينَ pro خَاطِئِينَ, رُءُوسٌ pro رُؤُوسٌ, quamquam Hèmza inter îă, ûă, aî, iî, ăû, ŭû usitatius supra ipsam literam productionis ponitur, ut مَقْرُوءَةٌ pro مَقْرُوءَةٌ sive مَقْرُوؤَةٌ, خَطِيَّةٌ pro خَطِيـَٔةٌ s. خَطِيئَةٌ, خَاطِئِينَ pro خَاطِـِٔينَ s. خَاطِئِينَ, رُؤُسٌ pro رُءُوسٌ s. رُؤُوسٌ, quae pronuntianda sunt maqrûatun, ḥaṭîatun, ḥâṭiîna, ruûsun.

Adnot. أ, ئ, ؤ, quum omnis vis eorum in Hèmza posita sit, pro Èlif, Jê, Wâw hèmzatis saepe simpliciter Hèmza appellantur.

Adnot. ad 2. Post literam gèzmatam, quae cum litera sequente connectitur, Hèmza cum vocali sua supra lineolam connexionis ponitur, ut أَسْـَٔلْ.

4. De Wașla.

18. Quum vocales hèmzatae, أَ, إِ, أُ, ab initio verborum eliso spiritu leni ab ultima vocali ejus verbi quod antece-

dit hauriuntur, literae Èlif imponitur signum synaloephes, ٱ Waṣla, وَصْلٌ vel وَصْلَةٌ, i. e. conjunctio, ut عَبْدُ ٱلْمَلِكِ ȧbdu 'l-meliki pro عَبْدُ أَلْمَلِكِ ȧbdu el-meliki, رَأَيْتُ ٱبْنَكَ raeitu 'bnaka pro رَأَيْتُ إِبْنَكَ raeitu ibnaka.

Adnot. Illud ٱ videtur esse siglum literae ص ex nomine وَصْلٌ.

19. Haec synaloephe cadit

1) In ا articuli أَلْ, ut أَبُو ٱلْوَزِيرِ pro أَبُو أَلْوَزِيرِ, *pater Wezîri.*

2) In إ et أُ Imperativi primae formae verborum firmorum, ut قَالَ ٱسْمَعْ pro قَالَ إِسْمَعْ *dixit: audi*, قَالَ ٱقْتُلْ pro قَالَ أُقْتُلْ, *dixit: interfice.*

3) In أَ et إ Perfecti activi, Imperativi et Nominis actionis formae septimae et sequentium, item in أُ Perfecti passivi earundem formarum, ut هُوَ ٱنْهَزَمَ pro هُوَ إِنْهَزَمَ, *is fugatus est* وَٱسْتُعْمِلَ pro وَأُسْتُعْمِلَ, *et adhibitum est.*

4) In إ octo horum nominum

إِبْنٌ s. إِبْنُمٌ *filius.*	إِسْتٌ *nates.*
إِبْنَةٌ *filia.*	إِسْمٌ *nomen.*
إِثْنَانِ *duo.*	إِمْرُؤٌ *vir.*
إِثْنَتَانِ *duae.*	إِمْرَأَةٌ *femina.*

Adnot. *a.* In his verbis et formis omnibus vocalis hèmzata partim genuina est, sed parum stabilis, partim, brevi vocali primae radicalis elisa, mollioris soni causa per prothesin adjecta est, quo proclivius vocali antecedenti locum et vices cedit. Etiam Hèmza nominis pluralis أَيْمُنٌ, *jurejuranda,* post لَ, particulam jurandi ei saepissime praefixam, et interdum post praepositiones مِنْ et مَعْ, quae tum pro Gèzma Fètḥam adsciscunt, in vocalem antecedentem resolvitur, ut لَٱيْمُنُ ٱللّٰهِ, *per jurejuranda Dei!* pro quo etiam, Èlif plane eliso, لَيْمُنُ scribitur.

Adnot. *b.* Saepe etiam ab initio enuntiatorum, ubi res ipsa

Èlif hèmzatum et vocali instructum postulat, ٱ scribitur, ut ٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ pro أَلْحَمْدُ لِلّٰهِ, *laus Deo;* pronuntiatur tamen èl-ḥamdu lillâhi, itemque in ceteris sua cuique verbo et formae vocalis tribuitur.

Adnot. *c.* Èlif Waṣlam admittens أَلِفُ ٱلْوَصْلِ vel هَمْزَةُ ٱلْوَصْلِ (vid. 17 Adnot.), Èlif conjunctionis, vocatur, cui oppositum est أَلِفُ ٱلْقَطْعِ, Èlif sejunctionis s. separationis.

20. Ante Èlif conjunctionis est aut vocalis brevis, aut longa, aut diphthongus, aut consonans ǵèzmata.

1) Vocalis brevis simpliciter Èlif conjunctionis cum vocali haurit, cujus rei exempla vide supra 19, 2 et 3.

2) Vocalis longa propter illam legem, de qua dictum est in § 25, corripitur, ut فِي ٱلنَّاسِ fĭ 'n-nâsi, *in hominibus,* أَبُو ٱلْوَزِيرِ abŭ 'l-Wezîri, *pater Wezîri.* Suffixa primae pers. sing. ante articulum etiam in formam antiquiorem ـِيَ et نِيَ restitui possunt, ut نِعْمَتِيَ ٱلَّتِي, *gratia mea, quae,* pro نِعْمَتِي ٱلَّتِي, it. إِهْدِنِيَ ٱلصِّرَاطَ, *dirige me in viam,* pro إِهْدِنِي ٱلصِّرَاطَ.

3) Diphthongus propter eandem illam legem in duas vocales simplices resolvitur, ut فِي عَيْنَيِ ٱلْمَلِكِ fî áinăĭ 'l-meliki, *in ambobus oculis regis,* pro فِي عَيْنَيْ ٱلْمَلِكِ, it. مُصْطَفَوُ ٱللّٰهِ muṣṭafăŭ 'llâhi, *qui a Deo electi sunt,* pro مُصْطَفَوْ ٱللّٰهِ. Èlif otians (vid. 7 Adnot. *a.*) synaloephen non impedit, ut رَمَوُا ٱلْحِجَارَةَ ramăŭ 'l-ḥiǵarata, *jecerunt lapides.* Tantum أَوْ et لَوْ Kèsram adsciscunt, ut أَوِ ٱسْمُهُ, *aut nomen ejus,* لَوِ ٱسْتَقْبَلَ, *si obviam iret.*

4) Consonans ǵèzmata aut recuperat eam vocalem, quam ipsa antiquitus habuit, aut adsciscit eam, quam Èlif conjunctionis per se habet, aut eam, quae per se levissima ideoque Ǵèzmae simillima est. Itaque pronomina separata secundae et tertiae pers. masc. plur., أَنْتُمْ *vos* et هُمْ *ii,* eademque suf-

fixa, كُمْ et هُمْ, it. تُمْ in exitu secundae pers. masc. plur. verborum praeteritorum Dammam recuperant, ut أَنْتُمُ ٱلْكَاذِبُونَ, *vos estis mendaces*, لَعَنَهُمُ ٱللّٰهُ, *maledicat iis Deus*, رَأَيْتُمُ ٱلرَّجُلَ, *vidistis virum.* — Idem facit مُذْ *inde a, ex quo tempore,* quippe quod ex مُنْذُ decurtatum sit. — Praepositiones مَعْ et مِنْ autem et nomen interrog. et conjunct. مَنْ ante articulum Fètham adsciscunt, alibi semper Kèsram; cetera verba in fine ǵèzmata, sive nomina in nunationem exeuntia, ut مَدِينَةٌ, sive verba quae proprie dicuntur, ut قَتَلَتْ, تَكْتُبْ, إِجْلِسْ, sive particulae, ut إِنْ, بَلْ, قَدْ, هَلْ, لٰكِنْ, omnia item Kèsram.

21. ٱ omittitur

1) In sollemni praefatione بِسْمِ ٱللّٰهِ pro بِٱسْمِ ٱللّٰهِ, *nomine Dei,* cujus omissionis compensandae causa ب altius efferri solet, sic: بسم.

2) In verbo ٱبْنٌ, *filius,* per omnes casus, cui nomen proprium filii in eodem casu praemissum, patris aut matris in Genitivo subjunctum est, ita tamen, ut haec omnia in unam partem orationis coëant, uti زَيْدُ بْنُ إِبْرٰهِيمَ, *Zeidus filius Ibrâhîmi,* عِيسَى بْنِ مَرْيَمَ, *Jesus filius Mariae.* Ubi igitur Nominativus posterior prioris non appositio est, sed praedicatum, ا manet, ut عُمَرُ ٱبْنُ ٱلْخَطَّابِ, *Omar est filius* El-Ḥaṭṭâbi.

Adnot. Solet tamen ٱبْنٌ etiam ita, ut diximus, inter duo nomina propria positum plene scribi, si ab initio lineae est.

3) In articulo ٱلْ, quum antecedit

a) praepositio لِ, ut لِلرَّجُلِ pro لِٱلرَّجُلِ, *viro.* Si praeterea prima nominis litera ل est, etiam ل articuli omittitur, ut لِلَّيْلَةِ pro لِللَّيْلَةِ, hoc autem pro لِٱللَّيْلَةِ, *nocti.*

b) particula affirmativa لَ, ut لَلْحَقُّ pro لَٱلْحَقُّ, *nae verum.*

4) In nominibus, verbis et articulo ٱلْ, quibuscum coït

particula interrogativa أ, ut أَبْنُكَ pro أَٱبْنُكَ, *num filius tuus*, أَنْكَسَرَتْ pro أَٱنْكَسَرَتْ, *num fracta est*, أَلْمَآءُ pro أَٱلْمَآءُ, *num aqua*. Èlif articuli tamen servare licet.

5. De Medda.

22. Quum ante Èlif hèmzatum vocali aut simplici aut nasali instructum Èlif productionis est, pro illo scribitur Hèmza nuda (vid. 17, 1.), huic imponitur signum productionis, ~, Medda s. Maṭṭa, مَدٌّ, مَدَّةٌ, مَطَّةٌ, i. e. productio, ut سَمَآءٌ, جَآءَ, يَتَسَآءَلُونَ.

23. Item Meddam accipit Èlif hèmzatum vocali Fèṭḥa instructum et ab initio verbi positum, quocum aut Èlif productionis, aut Èlif ex origine hèmzatum et quiescens, abjecta Hèmza et Gèzma, coaluit, ut آكِلُونَ pro أَاكِلُونَ, آمَنَّا pro أَأْمَنَّا. Tum Medda et Hèmzam et signum vocalis excludere solet.

Adnot. *a*. آ appellatur ٱلْأَلِفُ ٱلْمَمْدُودَةُ Èlif productum, cui oppositum est ٱلْأَلِفُ ٱلْمَقْصُورَةُ (vid. 7, Adnot. *b*.)

Adnot. *b*. Haud raro Èlif ab initio verbi productum, Hèmzâ servatâ, pro Medda Fètḥam ad perpendiculum scriptam, i. e. Èlif minusculum superpositum, accipit, ut أٰمَنَّا pro آمَنَّا.

Adnot. *c*. Nihil nisi formam cum Medda communem habet signum, quod imponitur iis literis, quae verborum sigla sunt, ut عم pro عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ, *super eum sit salus*, رضه pro رَضِيَ ٱللّٰهُ عَنْهُ, *gratum eum habeat Deus*, رح pro رَحِمَهُ ٱللّٰهُ, *misereatur ejus Deus*, صلعم pro صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ, *benedicat ei Deus salutemque impertiat*, ح pro حِينَئِذٍ, *tum*, ج pro جَمْعٌ, *pluralis*. Saepius tamen sigla nullo signo distinguuntur.

IV. De syllaba.

24. Syllabae vocali terminatae, quae simplex dicitur, vocalis et brevis et longa esse potest, ut قَالَ qâlă.

25. Syllabae consonanti terminatae, quae composita dicitur, vocalis paene semper correpta est, ut قُلْ, non, ut hebraice, قُولْ.

Adnot. Consonantem duplicatam vocalis â multo saepius quam î et û antecedit. (Vid. 13, Adnot.).

26. Duabus consonantibus, nulla intercedente vocali, syllaba incipi nequit. Verba barbara hujus generis, quae ab Arabibus recepta sunt, vocalem auxiliarem aut ante aut post priorem consonantem adsciscunt, ut إِسْفَنْجٌ σπόγγος بَلِينَاسُ *Plinius*.

27. Duabus consonantibus, nulla intercedente aut sequente vocali, syllaba terminari nequit.

V. De accentu.

28. Extrema syllaba verbi ex duabus aut pluribus syllabis compositi accentum nunquam habet.

29. Syllaba penultima, in qua aliqua ex literis productionis est, accentum semper habet, ut قَالَ qâla, يَقُولُ jaqûlu, قَانُونٌ qanû'nun, مُؤْمِنُونَ mûminû'na, كَاتِبَاتٌ kâtibâ'tun.

30. Syllaba penultima, quae consonanti terminatur ideoque positione longa est, accentum semper habet, ut مَجْدٌ mèǵdun, فِرِنْدٌ firi'ndun, يَقُولُنَّ jaqûlúnna.

31. Si syllaba penultima brevis est, antepenultima accentum habet, ut كَتَبَ kátaba, قَانُونُهُ qânû'nuhu.

VI. De numerorum signis.

32. Ad numeros indicandos Arabes aut literis alphabeti, aut signis propriis utuntur. — In numeris literis alphabeti designandis 1) antiquiorem alphabeti ordinem in lingua Hebraea et Aramaea usitatum sequuntur (qua de re vid. Tab. literarum p. 1—3), 2) literas, ut in verbis, a dextra sinistram versus scribunt, 3) eas, ut a verbis distinguantur, plerumque linea superposita instruunt, ut غضما 1841. — Signa propria numeris notandis inservientia, numero decem, Arabes ab Indis acceperunt, qua de caussa hanc numerorum scripturam *Indicam* appellant. Sunt eadem, quibus Europaei utuntur, ea, utpote ab Arabibus sibi tradita, *Arabica* vocantes. Figurâ tamen signa Arabica haud leviter ab Europaeis differunt, ut haec eorum tabula ostendit:

١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	٠
1	2	3	4	5	6	7	8	9	0

Componuntur eadem omnino ratione, qua nostri numeri, ut ١٨٤١ 1841.

Liber secundus.

De formis earumque notione.

I. De Verbo.

A. De verbo in universum.

1. De variis verborum triliterorum formis.

33. Verborum Arabicorum longe plurima tribus, haud pauca quatuor literis constant.

34. A forma primaria verborum tam triliterorum quam quadriliterorum plures aliae formae vario modo derivantur, quae singulae notionis sunt magis minusve a formae primariae notione mutatae.

35. Formae derivatae verbi triliteri numero quatuordecim sunt, quarum quatuor ultimas, quum nonnisi perraro usuveniant, consulto omittimus. Reliquas una cum forma primaria ordine consueto haec tabula exhibet:

فَعَلَ I

	إِفْتَعَلَ VIII	تَفَعَّلَ V	فَعَّلَ II
إِفْعَالَّ XI	إِفْعَلَّ IX	تَفَاعَلَ VI	فَاعَلَ III
	إِسْتَفْعَلَ X	إِنْفَعَلَ VII	أَفْعَلَ IV

Adnot. *a.* Tertia pers. sing. masc. pf., utpote simplicissima verbi forma, pro paradigmate poni solet.

Adnot. *b.* Verbo فَعَلَ grammatici Arabici pro paradigmate utebantur; quo factum est, ut litera prima verbi triliteri فَآءٌ, litera secunda عَيْنٌ, litera tertia لَامٌ appelletur.

Adnot. *c.* Formarum ordo et numeri supra in tabula propositi, quum in omnibus lexicis obtineant, probe tenendi sunt.

36. *Forma primaria* s. *prima* plerumque secundum vocalem, quacum secunda ejus litera effertur, aut transitivae, aut intransitivae notionis est.

37. Vocalis *a* in verbis transitivis longe plurimis et intransitivis haud paucis invenitur, ut كَتَبَ *scripsit,* قَتَلَ *occidit,* وَهَبَ *dedit;* شَأَمَ *sinister, infaustus fuit,* رَشَدَ *rectam viam institit, bene directus fuit.*

38. Vocali *i* paene semper, vocali *u* semper vis intransitiva inest. — Inter sese ita differunt, ut illa (*i*) statum ad tempus durantem et serius ocius transeuntem atque qualitatem fortuito accedentem, haec (*u*) statum perpetuo durantem et qualitatem persona vel rei naturâ inhaerentem denotet, ut فَرِحَ *gavisus est,* حَزِنَ *tristis fuit;* حَسُنَ *pulcher fuit,* قَبُحَ *deformis fuit.*

39. *Forma secunda* فَعَّلَ a prima فَعَلَ litera secunda radicali geminata formatur.

40. Cum forma notio congruit. Primitus enim haec forma aut rem factam magna cum vi, *notio intensiva,* aut per longius tempus, *notio temporaliter extensiva,* aut iterum iterumque s. frequenter, *notio iterativa* s. *frequentativa,* aut denique in plures, *notio numeraliter extensiva,* denotat, ut ضَرَبَ *percussit,* ضَرَّبَ *percussit valide, continuo, frequenter, plures,* كَسَرَ *fregit,* كَسَّرَ *confregit.*

41. Ex primitiva *intensionis* notione altera eaque longe frequentissima hujus formae notio fluxit *caussativa* s. *factiva.* — Verba formae primae *intransitiva* per formam secundam *transitiva,* verba illius formae *simpliciter transitiva* per hanc *dupliciter transitiva* sive *caussativa* fiunt, ut فَرِحَ *hilaris fuit,* فَرَّحَ *exhilaravit,* ضَعُفَ *debilis fuit,* ضَعَّفَ *debilitavit,* عَلِمَ *scivit,* عَلَّمَ *docuit;* كَتَبَ *scripsit,* كَتَّبَ *scribere docuit.*

Adnot. *a.* Vis caussativa sive factiva secundae et quartae formae communis est, ita tamen, ut in hac propria, in illa adscita esse videatur.

Adnot. *b.* Forma secunda saepe non strictissimo sensu *factiva*, sed paullulum laxiori *declarativa* vel *aestimativa* est, ut كَذَبَ *mentitus est*, كَذَّبَ *mendacem habuit* vel *declaravit aliquem* (zum Lügner machen); صَدَقَ *verum dixit*, صَدَّقَ *veracem habuit*, *credidit*.

Adnot. *c.* Forma secunda haud raro *denominativa* est, i. e. a nomine ita ducta, ut rem eo denotatam fieri vel confici vel aliam ea instrui significet, ut جَيْشٌ *exercitus*, جَيَّشَ *exercitum collegit*; رُخَامٌ *marmor*, رَخَّمَ *marmore obduxit* vel *stravit*.

42. *Forma tertia*, فَاعَلَ, vocali ă, quae post primam radicis consonantem pronuntiatur, productâ ideoque ا productionis inter primam et secundam literam radicalem inserto ex forma prima oritur.

43. Vis hujus formae propria cernitur in *studio* et *conatu actionem formâ primâ indicatam in aliquem* vel *aliquid exercendi*, quod si vel necessario, vel fortuito mutuum fit, *reciprocationis notio* accedit, ut قَتَلَهُ *interfecit eum*, قَاتَلَهُ *interficere eum studuit, cum eo pugnavit*; غَلَبَهُ *superavit eum*, غَالَبَهُ *superare eum studuit*; سَبَقَهُ *praecessit eum*, سَابَقَهُ *praecedere eum studuit*; شَرَفَهُ *nobilitate eum superavit*, شَارَفَهُ *nobilitate eum superare studuit*; فَخَرَهُ *gloria eum superavit*, فَاخَرَهُ *gloria cum eo certavit*, وَقَعَ *cecidit, irruit*, وَاقَعَهُ *irruere in eum studuit, adortus est eum*.

44. Deinde obscurata conatus et studii notione forma tertia

1) in verbis neutris haud raro vel *qualitate*, *quam forma prima indicat, in aliquem uti eâque afficere eum*, vel *in statum formâ primâ indicatum aliquem redigere* denotat, ut خَشُنَ *asper fuit*, خَاشَنَهُ *asperitate usus est in eum, aspere eum tractavit*; نَعَمَ et نَعِمَ *jucunda vita usus est*, نَاعَمَهُ *jucundam vitam ei paravit*.

2) Objectum cum prima forma verborum laxius per praepositionem conjunctum sine ea in accusativo positum arctissime sibi subjungit, ut كَتَبَ إِلَى ٱلْمَلِكِ *scripsit ad re-*

gem, كَاتَبَ ٱلْمَلِكَ id.; قَالَ لَهُ *dixit ei*, قَاوَلَهُ *allocutus est eum*; رَسَلَ إِلَى ٱلسُّلْطَانِ *misit ad regem*, رَاسَلَ ٱلسُّلْطَانَ id. (nos: er beschickte den König); جَلَسَ عِنْدَ أَمِيرِ ٱلْمُؤْمِنِينَ *consedit juxta principem fidelium*, جَالَسَ أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَ id.

45. *Forma quarta*, أَفْعَلَ, syllabâ أَ formae primae praemissâ et vocali primae radicalis abjectâ formatur.

46. Notio hujus formae *factiva* sive *caussativa* est. Verba formae primae *intransitiva* per quartam *transitiva*, verba illius formae *simpliciter transitiva* per quartam *dupliciter transitiva* fiunt, ut جَرَى *cucurrit*, أَجْرَى *ad currendum adegit*; جَلَسَ *sedit*, أَجْلَسَ *sedere jussit*; أَكَلَ ٱلْخُبْزَ *panem edit*, آكَلَهُ ٱلْخُبْزَ *panem ei edendum dedit*.

Adnot. *a*. Si vis caussativa formae secundae et quartae communis est (vid. 41. Adnot. *a*.), modo sensu diverso, modo eodem adhibentur, ut عَلَّمَ *docuit*, أَعْلَمَ *certiorem fecit*; نَجَا *evasit*, نَجَّى *ut evaderet effecit, liberavit*, أَنْجَى id.

Adnot. *b*. Haud pauca verba formae quartae specie intransitiva sunt,

1) partim quod eorum objecta paullatim compendii caussa omissa sunt;

2) partim quod Arabibus multi actus, qui nobis status sunt, ut 1) أَقْبَلَ *processit*, proprie: *promovit se*, sc. وَجْهَهُ vel نَفْسَهُ *faciem suam* vel *se ipsum*; أَقْدَمَ *audacter processit*, proprie: *audacter promovit*, sc. id.; أَبْلَغَ *eloquens fuit*, pr.: *efficacem reddidit*, sc. كَلَامَهُ *orationem suam*; 2) أَسْبَعَ *leonibus abundavit*, pr.: *leones fecit, produxit, nutrivit*; أَسَنَّ *annosus fuit*, pr.: *dentes egit*; أَقَامَ *commoratus est alicubi*, pr.: *stationem fecit*; أَمْكَنَ *fieri potuit, possibile fuit*, pr.: *se faciendi alicui potestatem fecit*.

Adnot. *c*. Permultae formae quartae ita usurpatae denominativae sunt, maxime eae, quae motum versus aliquem locum et ingressum in aliquod tempus vel actum statumve in eo

indicant, ut أَشْأَمَ *in Syriam* (شَأْمٌ) *ivit*, أَيْمَنَ *in Arabiam felicem* (يَمَنٌ) *ivit*, أَعْرَقَ *in Irâkam* (عِرَاقٌ) *profectus est*, أَجْبَلَ *montes* (جِبَالٌ) *versus tetendit*; أَصْبَحَ, أَمْسَى, *mane, vesperem ingressus est; mane, vesperi fuit vel egit aliquid.* — Ad idem genus fortasse rectius referuntur duo illa, quae supra per omissionem objecti terpretati sumus, أَقْبَلَ et أَقْدَمَ, pr.: *convertit se ad partem adversam* (قُبْلٌ), *perrexit in partem anticam* (قُدَّامٌ).

47. *Forma quinta*, تَفَعَّلَ, ex secunda, فَعَّلَ, praefixâ syllabâ تَ formatur.

48. In hac forma ad notiones formae secundae (40. 41. et Adnot. *b. c*) vis *reflexiva* syllabae تَ accedit, ut تَخَوَّفَ *timorem in se admisit*, (40.); تَقَلَّدَ سَيْفَهُ *se gladio suo accinxit* (41.); تَكَبَّرَ *magnum se fecit, habuit, esse dixit, superbus factus est* (41. Adnot. *b.*); تَكَنَّى *cognomine se ornavit*; تَهَوَّدَ, تَمَجَّسَ, تَنَصَّرَ *Judaeus, Magus, Christianus factus est, aut talem se gessit, esse simulavit*; تَنَبَّأَ *dignitatem propheticam affectavit, se prophetam haberi voluit, quum non esset* (41. Adnot. *c.*)

Adnot. *a.* Subjectum in forma quinta actionis suae modo propius (accusativus), modo remotius (dativus) objectum est, ut تَعَرَّبَ *Arabem se esse dixit*, تَبَنَّى *filium sibi adoptavit.*

Adnot. *b.* Notio intensiva, etiam ubi perire videtur, ut f. V cum VIII significatu plane conveniat, tamen aliquatenus superest, ut تَفَرَّقَ ٱلنَّاسُ *in multas partes discesserunt homines*, إِفْتَرَقَ ٱلنَّاسُ simpliciter *discesserunt.*

Adnot. *c.* Notio reflexiva nonnunquam minus elucet, ut تَتَبَّعَ *persecutus est instanter*, sc. *in re sua, ut sibi assequeretur*, تَطَلَّبَ *studiose quaesivit*, sc. *sibi, in suum usum*, تَعَرَّفَ *intentis viribus cognoscere (sibi notum facere) studuit.*

49. Ex primitivo reflexivitatis significatu alter isque longe frequentissimus hujus formae significatus, *effectivus*, ortus est, a passivo ita differens, ut, quum forma passiva alterum actioni alterius subjectum esse eamque excipere indicet, effectiva actionem vel conditionem in aliquo sive per ipsum sive per alium

effectam denotet, ut عَلِمَ *scivit,* عَلَّمَ *docuit,* تَعَلَّمَ *doctus factus est, didicit;* بَانَ *separatum, distinctum, clarum fuit,* بَيَّنَ *explicavit,* تَبَيَّنَ *clarum, certum, indubium apparuit.*

50. *Forma sexta,* تَفَاعَلَ, syllabâ تَ formae tertiae, فَاعَلَ, praefixâ formatur.

51. Forma sexta studii conatusque notionem, in forma tertia transitivam, *reflexivam* facit, ut تَرَامَى *se corpore effuso projecit,* تَمَاوَتَ *se mortuum exhibere studuit, se mortuum simulavit,* تَعَامَى *se caecum simulavit;* reciprocationis autem notionem ita cumulat, ut objectum formae tertiae cum subjecto in unum conjungat, ut قَاتَلَهُ *cum eo pugnavit,* تَقَاتَلَا *ambo inter se pugnarunt;* كَالَمَاهُ *ambo cum eo collocuti sunt,* تَكَالَمُوا *tres invicem collocuti sunt.*

Adnot. Quum actio reciproca duo saltem subjecta sibi poscat, singularis formae sextae hujus significatus semper collectivus est, ut تَسَامَعَ ٱلنَّاسُ *audiverunt homines alii ab aliis.*

52. *Forma septima,* إِنْفَعَلَ, a prima formatur praefixâ literâ نْ, cui, ut efferri possit, Èlif auxiliare cum Kèsra praeponitur, ut كَسَرَ, إِنْكَسَرَ.

Adnot. Sonus إِ, utpote euphonicus neque ad vim formae quidquam conferens, ab initio tantum orationis pronuntiatur; in media oratione, sive vox antecedens in vocalem propriam, sive in sonum auxiliarem exit, non pronuntiatur. Itaque tum ـِ necessario omittitur, ٱ, Waṣla instructum, servatur. Sic إِنْكَشَفَ ٱلسُّتُورُ inkèšèfa 's-sutûru, *retecta sunt vela;* سُتُورُ ٱلدُّنْيَا ٱنْكَشَفَتْ عَنْهُ, *vela mundi ab eo retecta sunt,* لَوِ ٱنْكَشَفَ ٱلسُّتُورُ, *si retegerentur vela.* Idem fit, quum وَ, فَ et لَ formam septimam antecedunt, ut وَٱنْكَسَرَ, فَٱنْهَزَمَ.

53. Frequentissima formae septimae significatio est *passiva,* ut كَسَرَ *fregit,* إِنْكَسَرَ *fractus est;* قَطَعَ *recesuit,* ٱنْقَطَعَ *resectus est;* كَشَفَ *detexit, manifestavit,* ٱنْكَشَفَ *detectus, manifestatus est.*

54. Haec significatio, quum (49.) sensu, quem supra latiore illo declaravimus, *effectiva* sit, nonnullos autem effectus ita patiamur, ut eos ipsi in nos admittamus, vel etiam agendo exsequamur: nonnunquam in *reflexivam* vel *neutralem* (activam intransitivam) abit, ut اِنْهَزَمَ *fugari se passus est, fugit,* اِنْقَادَ *duci se sivit, submisit se, ductilis et obsequens fuit,* اِنْخَدَعَ *deceptus, decipi se passus est.* — Verum اِنْشَقَّ de flore, *fissus est* (nobis: sie hat sich geöffnet, ist aufgebrochen) et similia naturam passivam integram servant, quoniam quod florem findit revera ab eo diversum est, sc. caussa aliqua interna aut externa.

55. *Forma octava,* إِفْتَعَلَ, literâ ت inter primam et secundam radicis literam insertâ et sono auxiliari إِ (de quo vid. 52, Adnot.) toti voci praemisso ex forma prima oritur.

Adnot. ت in verbis a sibilo incipientibus euphoniae caussa, in reliquis aequalitatis studio primae radicali non praefigitur, sed subjungitur.

56. Propria formae octavae notio est *medialis* s. *reflexiva* formae primae, et ita, ut objectum reflexivum sit propius s. Accusativus, ut فَرَقَ *separavit,* اِفْتَرَقَ *se separavit, secessit;* عَرَضَ *opposuit,* اِعْتَرَضَ *se opposuit;* ضَرَبَ *percussit,* اِضْطَرَبَ *sese jactavit* (cf. gall. *se battre* et *se débattre*); et ita, ut objectum reflexivum sit remotius s. Dativus (sibi, suum in usum aliquid fecit), ut فَرَسَ *dilaniavit praedam,* اِفْتَرَسَ *dilaniavit praedam, ut eam devoraret;* لَمَسَ *palpavit,* اِلْتَمَسَ *palpando sibi quaesivit aliquid.*

57. Ex notione reflexiva fluxit *reciproca,* quae formae octavae cum sexta communis est, ut اِقْتَتَلَ ٱلنَّاسُ *pugnarunt inter se homines,* i. q. تَقَاتَلَ ٱلنَّاسُ; اِخْتَصَمَ *litigarunt inter se,* i. q. تَخَاصَمَ; اِسْتَبَقَ *certarunt inter se, quis ceteros praeverteret,* i. q. تَسَابَقَ.

58. Ut forma septima interdum in significationem medialem abit, sic octava, maxime in iis verbis, quae septimam non admittunt (vid. 128), in *passivam,* ut اِئْتَفَكَ *subversus est;* اِرْتَدَعَ

repulsus est; نَصَرَ *adjuvit,* اِنْتَصَرَ *adjutus est* (a Deo), *victoriam retulit;* مَلَأَ *implevit,* اِمْتَلَأَ *impletus est.*

Adnot. Haud paucis in verbis forma octava et prima, ut Medium et Activum Graecorum, significatu ita conveniunt, ut iisdem verbis reddendae sint, ut قَصَّ *vestigia persecutus est, narravit,* اِقْتَصَّ id.; قَفَا *a tergo secutus est,* اِقْتَفَى id.

59. *Forma nona* literâ tertiâ radicali duplicatâ, *forma undecima* Fèthâ literae secundae radicalis insuper productâ ex prima oriuntur.

Adnot. Quum tertia radicalis geminata totam accentus vim in se trahat, prima radicalis rapidius pronuntiata vocalem suam amittit, quo fit ut إ prostheticum utrique formae praefigatur; ad quod pertinent, quae dicta sunt 52. Adnot. Exempla: اِصْفَرَّ, اِصْفَارَّ, اِسْوَدَّ, اِسْوَادَّ.

60. Formae nona et undecima, quarum illa rarior, haec rarissima, est, coloribus et vitiis, utpote qualitatibus maxime naturâ inhaerentibus *), designandis inserviunt. Inter se ita differunt, ut undecima majorem ejus, quam nona exprimit, qualitatis modum personae vel rei inesse denotet, ut اِصْفَرَّ *flavuit,* اِصْفَارَّ *valde flavuit;* اِسْوَدَّ *niger fuit,* اِسْوَادَّ *valde niger fuit;* اِبْيَضَّ *albuit,* اِبْيَاضَّ *valde albuit;* اِعْوَجَّ *curvus fuit,* اِعْوَاجَّ *valde curvus fuit;* اِعْوَرَّ *luscus fuit,* اِعْوَارَّ *valde luscus fuit.*

61. *Forma decima* literis ست cum إ auxiliari (52. Adnot.) formae primae praefixis primaeque radicalis vocali abjectâ oritur, ut قَبَلَ, اِسْتَقْبَلَ.

62. Propria formae decimae notio est *reflexiva* sive *medialis* notionis *factivae,* quam forma quarta habet, ut أَسْلَمَ *tradidit,* اِسْتَسْلَمَ *se tradidit;* أَوْحَشَ *contristavit,* اِسْتَوْحَشَ *se contristavit;* أَعَدَّ *paravit aliquid alicui,* اِسْتَعَدَّ *se praeparavit, paratus fuit;* أَخْلَصَ *purum putum fecit, totum dedit,* اِسْتَخْلَصَ

*) Geminata enim ultima radicalis propriam utriusque formae vim intensivam esse arguit.

sibi aliquid purum putum fecit, totum cepit; أَحْيَى *vivum reddidit,* ٱسْتَحْيَى *vitam conservavit alicui suum in usum.*

63. Forma decima saepe significat aliquem aliquam rem eâ, quam prima indicat, qualitate praeditam habere, ut حَلَّ *licitum fuit,* ٱسْتَحَلَّ *licitum sibi habuit;* وَجَبَ *necessarium fuit,* ٱسْتَوْجَبَ *necessarium sibi duxit.*

Adnot. Est et haec significatio proprie factiva juncta mediali. Quemadmodum enim forma quarta, ut secunda, saepe non stricte factiva est, sed aestimativa vel declarativa (41, Adnot. *b.*), ita et decima. Hinc ٱسْتَوْجَبَ proprie est *facere necessarium sibi* (etwas für sich nothwendig machen, es dafür halten, erklären), أَوْجَبَ autem *facere, habere necessarium aliis.*

64. Forma decima haud raro aliquem id sibi capere, petere, postulare, quod primâ denotatur, significat, ut غَفَرَ *ignovit alicui peccatum,* ٱسْتَغْفَرَ *ut peccatum sibi ignosceretur petiit;* سَقَى *potavit,* ٱسْتَسْقَى *potum sibi petiit;* أَذِنَ *veniam dedit,* ٱسْتَأْذَنَ *veniam sibi petiit.*

Adnot. Haec notio et ipsa proprie factiva medialis est: *potum, veniam sibi facessere* vel *affectare.*

65. Multis in verbis forma decima specie notionem *neutralem* habet, accuratius considerata saltem ex origine reflexivam se prodit, ut ٱسْتَقَامَ *erectus stetit,* proprie: *erectum se tenuit;* ٱسْتَكَانَ *humilis fuit,* pr.: *humilem se gessit;* ٱسْتَحَقَّ *dignus fuit,* pr.: *meritum sibi fecit.*

66. Haud raro forma decima *denominativa* est notionem factivam cum reflexiva aut mediali conjungens, ut ٱسْتَوْلَى *dominum* (وَلِيٌّ) *se fecit alicujus rei, potitus est eâ,* ٱسْتَوْزَرَ *Wezîrum* (وَزِيرٌ) *sibi sumsit aliquem,* ٱسْتَخْلَفَ *successorem* (خَلِيفَةٌ) *sibi designavit aliquem.*

Adnot. Forma decima proprie Medium est formae inusitatae سَفْعَلَ, ut Aramaeis אִשְׁתַּפְעַל Medium est formae שַׁפְעֵל. Inter has formas eadem ratio intercedit, quae inter primam et octavam.

2. De verbis quadriliteris earumque formis.

67. Verba quadrilitera oriuntur:

a) ex radicibus biliteris sonum aut motum denotantibus ad horum repetitorum imitationem et ipsis repetitis, ut بَأْبَأَ *papa* (pater) *dixit*, غَرْغَرَ *gargarizavit*, وَسْوَسَ *susurravit*, زَلْزَلَ *commovit*, دَمْدَمَ *complanavit; oppressit; opprimens irruit.*

b) ex verbis triliteris literâ aliquâ, liquidâ maxime vel sibilanti, utpote debilioribus sonis, aut praepositâ, aut insertâ, aut postpositâ, ut شَمَعَ *dispersus fuit*, تَشَمْعَلَ id.; جَمْهَرَ *collegit*, cf. جَمَّ et جَمَعَ *collegit*; زَحْلَفَ *volvit* (ل); ٱثْبَجَرَّ *refugit* (ث); تَزَحْوَلَ = زَحَلَ *recessit a loco suo* (و); ٱطْمَأَنَّ *quietus fuit* (أ).

c) ex nominibus longioribus, etiam peregrinis, ut تَمَذْهَبَ *sectam* (مَذْهَبٌ) *secutus est*; تَمَنْطَقَ *induit cingulum* (مِنْطَقَةٌ); تَلْمَذَ *discipulus fuit*, a تِلْمِيذٌ, hebraico תַּלְמִיד, *discipulus*; تَفَلْسَفَ *philosophatus est*, a فَيْلَسُوفٌ, *philosophus*.

d) ex totis formulis frequentissimi usus, ut بَسْمَلَ *dixit* بِسْمِ ٱللّٰهِ *nomine Dei*, حَمْدَلَ *dixit* ٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ *laus est Dei*.

68. Formae derivatae verbi quadriliteri numero tres sunt, quas una cum forma primaria haec tabula proponit:

IV	III	II
	I فَعْلَلَ	
ٱفْعَلَلَّ	ٱفْعَنْلَلَ	تَفَعْلَلَ

69. Forma prima verbi quadriliteri loco formae primae verbi triliteri, formatione et conjugatione secundae respondet et tam transitivam quam intransitivam significationem habet, ut شَمْلَلَ *spoliavit dactylis* (palmam), et idem: *agilis fuit.*

70. Forma secunda verbi quadriliteri et formâ et significatu cum forma quinta verbi triliteri convenit, ut تَسَلْطَنَ *sultanum se fecit* vel *gessit*, تَمَسْكَنَ *pauper factus est.*

71. Forma tertia verbi quadriliteri formae septimae verbi triliteri respondet; eo tantum differunt, quod in illa litera ن

non praefigitur, sed inter secundam et tertiam radicalem interponitur. Significatus formae intransitivus est, ut اِغْلَنْدَى *crassus, robustus fuit*, اِسْلَنْقَى *resupinus cubuit.*

72. Forma quarta verbi quadriliteri, nonae verbi triliteri similis, significationis intransitivae est et actionem intransitivam, statum, qualitatem vel extensiorem, vel intensiorem indicat, ut اِشْمَأَزَّ *cohorruit*, اِطْمَأَنَّ *quietus fuit* a طَمْأَنَ *reclinavit quiescendi causa*, اِصْمَأَلَّ *durissimus fuit.*

3. De verborum generibus.

73. Omnium formarum tam primitivae quam derivatarum, praeter IX et XI, duo sunt genera, *activum* et *passivum;* illius subjectum semper est agens, sive transit actio ejus, sive non transit; hujus subjectum est aut illius subjectum (pass. person.), aut notio abstracta actionis ipsius (pass. imperson.)

74. Genus passivum tribus hisce locis praecipue ponitur: 1) ubi auctor actionis ignotus vel saltem minus notus est; 2) ubi quis eum nominare non vult; 3) ubi animi eorum, qui audiunt vel legunt ad patientem magis quam ad agentem advertendi sunt.

75. Verba statum indicantia, ut مَرِضَ *aeger fuit*, نَامَ *dormivit*, activa quidem sunt, sed intransitiva, i. e. talem actionem indicantia, quae naturâ suâ intra fines agentis continetur, nec in alterum transit, quare nos commode verba neutra dicimus, quippe quae nec vere activa, nec vere passiva sint, sed inter haec media. Grammatici Arabes illa non possunt non inter activa referre; verum recte distinguunt اَلْأَفْعَالُ الْمُتَعَدِّيَةُ, *activa transitiva*, et غَيْرُ الْمُتَعَدِّيَةِ, *intransitiva*, s. اَللَّازِمَةُ, *subjecto inhaerentia.*

76. Noli notionem generis posterioris atque eam, quae formarum quintae, septimae et octavae est, pro una eademque habere; haec enim effectiva, illa mere passiva est; vid. 49.

4. De verborum temporibus.

77. Formae temporales verbi arabici duae sunt, quae in universum ita a se differunt, ut altera eaque prior rem *perfe-*

ctam, altera, posterior, *nondum perfectam* sive *imperfectam* indicet.

Adnot. *a.* Nomina praeteriti et futuri, quibus vulgo vocantur, utpote earum notioni non satis respondentia, missa fecimus.

Adnot. *b.* De temporum forma infra, ubi de verbo perfecto agemus, de eorum notione et usu in syntaxi pluribus disseretur.

5. De verborum modis.

78. Modi verbi arabici quinque sunt, *indicativus*, *subjunctivus*, *jussivus*, *imperativus* et *energicus*, quorum primus in perfecto solus, in imperfecto una cum secundo, tertio et quinto obtinet, secundus et tertius solius imperfecti sunt, quartus propriâ exprimitur formâ, quintus denique et a quarto et a tempore imperfecto formatur.

Adnot. De modorum forma infra, ubi de verbo perfecto disseremus, de eorum notione et usu in syntaxi fusius disputabitur.

79. Pro Infinitivis Arabes habent *nomina actionis* vel qualitatis abstracta, pro Participiis duo adjectiva verbalia, quae *nomen agentis* (participium activi) et *patientis* (participium passivi) appellantur.

6. De numeris, generibus et personis.

80. Numeri tres sunt, *singularis*, *dualis*, *pluralis*. — Genera tria sunt, *masculinum*, *femininum*, *commune*. — Personae tres sunt, *loquentis*, *compellati*, *absentis*, de quo dicitur; nobis prima, secunda, tertia.

B. De verbo firmo.

81. Verba in *firma*, quibus etiam verbum secundae geminatae adnumerandum est, et *infirma* dividuntur.

82. Verba firma ea vocantur, quarum literae radicales firmae sunt ideoque omnibus in flexionibus neque commutantur neque abjiciuntur, sed conservantur.

1. De activo formae primae verbi firmi.

83. Paradigma generis activi formae simplicis verbi firmi triliteri tabula prima ab oculos ponit.

Adnot. Nomina actionis, agentis et patientis, utpote vi suâ proxime ad notionem verbalem accedentia et in hac tabula et in sequentibus formarum verbalium tabulis indicavimus.

a. De flexione personali.

84. Numeri, genera et personae verbi per formas pronominis personalis temporibus et modis suffixas praefixasque exprimuntur.

85. *Pronomen personale* aut *separatum*, aut *suffixum* et *praefixum* est. Illud longioris, hoc brevioris formae est.

86. Pronomina personalia suffixa aut *suffixa verbi*, aut *suffixa nominis* sunt.

87. Suffixa verbi aut nominativum, aut accusativum exprimunt. Illa cum verbo longe arctiori nexu conjuncta sunt quam haec.

88. Pronomina personalia verbi nominativum exprimentia ex parte etiam praefixa sunt.

89. Conspectum formarum pronominis personalis separati et pronominum suffixorum et praefixorum verbi, quae nominativum indicant, haec tabula praebet.

Adnot. De pronominibus suffixis verbi accusativum denotantibus infra post expositam verborum firmorum et infirmorum rationem, de suffixis nominum in loco de nominibus agetur.

90. 1. Pronomina separata.

Singularis.

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers. هُوَ *is*	. . . .	هِيَ *ea*
2 pers. أَنْتَ *tu (vir)*	. . . .	أَنْتِ *tu (femina)*
1 pers.	أَنَا *ego*	. . . .

Dualis.

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	هُمَا *ii, eae duo, ae*	. . . .
2 pers.	أَنْتُمَا *vos duo, ae*	. . . .
1 pers.	. . . .	. . . .

Pluralis.

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers. هُمْ *ii*	. . . .	هُنَّ *eae*
2 pers. أَنْتُمْ *vos (viri)*	. . . .	أَنْتُنَّ *vos (feminae)*
1 pers.	نَحْنُ *nos*	. . . .

91. 2. Pronomina suffixa nominativum indicantia.

Singularis.

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	. . . .	ت *ea*
2 pers. تَ *tu (vir)*	. . . .	تِ (ـِينَ ,ـِى ,ـَى) *tu (femina)*
1 pers.	تُ *ego*	. . . .

Dualis

	Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	ـَا (ـَانِ) *ii duo*	. . . .	أَتَا (ـَانِ) *eae duae*
2 pers.	. . . .	تُمَا (ـَانِ) *vos duo, ae*	. . . .
1 pers.	. . . .	. . . .	. . . .

Pluralis.

	Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	ـُوا (ـُونَ, ـُوا) *ii*	. . . .	نَ *eae*
2 pers.	تُمْ (ـُونَ, ـُوا) *vos (viri)*	. . . .	تُنَّ (نَ) *vos (feminae)*
1 pers.	. . . .	نَا *nos*	. . . .

92. 3. Pronomina praefixa.

Singularis.

	Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	يَ *is.*	. . . .	تَ *ea*
2 pers.	. . . .	تَ *tu*	. . . .
1 pers.	. . . .	أَ *ego*	. . . .

Dualis.

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers. ى *ii duo*	. . . .	ت *eae duae*
2 pers.	ت *vos duo, duae*	. . . .
1 pers.	. . . .	. . . .

Pluralis.

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	ى *ii, eae*	. . . .
2 pers.	ت *vos*	. . . .
1 pers.	ن *nos*	. . . .

93. In pronominibus tam separatis quam verbo affixis eae syllabae literae et vocales, quibus numeri et genera indicantur, ab iis, quibus personarum notio exprimitur, probe distinguendae sunt.

94. ***Pluralis numerus generis masculini*** **indicatur:**

1) sono ـُمْ, ut in هُمْ, أَنْتُمْ, كَتَبْتُمْ (antique et poëtice ـُمُو: هُمُو, أَنْتُمُو, كَتَبْتُمُو);

2) syllabis ـُونَ, ut in تَكْتُبُونَ, يَكْتُبُونَ;

3) terminatione ـُوا, ut in كَتَبُوا, يَكْتُبُوا. Elif redundat; vid. 7, Adnot. *a*.

95. *Pluralis numerus generis feminini* designatur:

1) syllabis ـنَّ in كَتَبْتُنَّ;

2) syllabâ نَ in تَكْتُبْنَ, يَكْتُبْنَ, كَتَبْنَ.

96. *Dualis* denotatur

1) in perfecto vocali â ـَا, كَتَبَا, كَتَبَتَا, كَتَبْتُمَا;

2) in imperfecto syllabis ـَانِ, يَكْتُبَانِ, تَكْتُبَانِ, تَكْتُبَانِ.

Adnot. Forma secundae personae dualis perfecti hoc cum pronominibus separatis secundae et tertiae personae, أَنْتُمَا et هُمَا, commune habet, quod dualis signum (ـَا) ad formam pluralem, non singularem, adjectum est; id quod fortasse eam ob caussam factum, ne aut cum tertia persona feminini dualis (كَتَبَتَا) plane conveniret, aut secundae personae masculini singularis nimis similis evaderet.

97. *Genus femininum* designatur:

1) literâ ت, ut in كَتَبَتْ, كَتَبَتَا, تَكْتُبُ, تَكْتُبَانِ;

2) vocali ـِى vel ـِ, ut in أَنْتِ, كَتَبْتِ, تَكْتُبِى;

3) terminatione ـِينَ in تَكْتُبِينَ.

Adnot. Femininum sonis ĭ, î, îna, qui ex هِيَ nati videntur, ibi exprimitur, ubi ت secundae personae denotandae jam inservit.

98. *Tertia persona* aut nullo signo indicatur, ut in singulari et plurali masculini et feminini generis perfecti كَتَبَ, كَتَبَتْ, كَتَبُوا, كَتَبْنَ, et in singulari et duali feminini generis imperfecti تَكْتُبُ, تَكْتُبَانِ, aut litera ى, quae, uti videtur, ex هُوَ nata est, designatur, ut in singulari, duali et plurali masculini et in plurali feminini generis imperfecti, يَكْتُبُ, يَكْتُبَانِ, يَكْتُبُونَ, يَكْتُبْنَ.

99. Pronomina separata secundam personam denotantia a suffixis ejusdem personae signis eo differunt, quod illis syllaba أَنْ, quae primitus vi demonstrativa praedita fuisse videtur, praefixa est:

تَ, أَنْتَ; تِ, أَنْتِ; تُمْ, أَنْتُمْ; تُنَّ, أَنْتُنَّ.

Adnot. In imperativo secunda persona, utpote hujus modi propria, extrinsecus non designatur.

100. *Secundae personae signum* igitur est litera ت

أَنْتَ, أَنْتِ; أَنْتُمَا; أَنْتُمْ, أَنْتُنَّ;
كَتَبْتَ, كَتَبْتِ; كَتَبْتُمَا; كَتَبْتُمْ, كَتَبْتُنَّ;
تَكْتُبُ, تَكْتُبِينَ; تَكْتُبَانِ; تَكْتُبُونَ, تَكْتُبْنَ.

101. *Prima persona singularis* pronominis separati vocali اَ (أَنْ in أَنَا particula demonstrativa esse videtur, ut in hebraico אֲנִי, אָנֹכִי; cf. 99.), eadem pronominis suffixi persona in perfecto syllabâ تُ, praefixi in imperfecto Èlif hèmzato Fètḥa instructo, أَ, exprimitur.

Adnot. ت syllabae تُ fortasse ex ك natum est; cf. cum تُمْ, pronomine suffixo nominativum exprimente, terminationem كُمْ, accusativi signum, et hebraicum אָנֹכִי.

102. *Prima persona pluralis* pronominis separati syllabis نَحْنُ, quibus litera ن ex syllaba أَنْ, ut videtur, decurtata (cf. 99. et 101. et hebraicum אֲנַחְנוּ נַחְנוּ) praeposita est, exprimitur. Prima persona pluralis pronominis suffixi et praefixi syllabis نَا et نَ (كَتَبْنَا نَكْتُبُ), ex نَحْنُ ortis, indicatur.

103. Vocalis Fètḥa, qua insignitae sunt prima et tertia radicalis, accedentibus ad radicem suffixis et praefixis a consonanti incipientibus abjicitur, ut كَتَبْتَ, يَكْتُبُ; vocalis autem suffixa in locum illius succedit, ut كَتَبُوا.

Adnot. *a.* Litera ت, ubi ultima radicalis est, cum ت, a qua suffixorum pars incipit, loquendo prorsus conjungitur, ita ut una ت, eaque fortior, audiatur; scribendo altera ت omitti et quae servatur Tèšdîdo insigniri solet, ut a ثَبَتَ *firmus fuit* ثَبَتَّ pro ثَبَتْتَ, ثَبَتِّ pro ثَبَتْتِ, ثَبَتُّمْ pro ثَبَتْتُمْ etc.

Adnot. *b.* Si una ex literis ث, د, ذ, ض, ط, ظ ultima radicalis verbi est, pronuntiando cum ت suffixorum in

duplicem ت conjungitur, cujus in rei signum ت suffixi Tèšdîdo instruitur; scribendo, ut quae sit radix a lectore intelligi possit, ultima radicalis servatur, ceterum, ne efferatur, Gèzma non adscribitur, ut عَبَدتُّ pro عَبَدْتُ *colui*, رَبَطتَّ pro رَبَطْتَ *ligasti*, أَخَذتُّ pro أَخَذْتُ *cepi*; cf. 14, 3.

Adnot. *c*. Si verbum litera ن terminatur, ea cum ن suffixorum primae personae pluralis perfecti et tertiae personae pluralis generis feminini perfecti in unam ن Tèšdîdo insignitam coalescit, ut آمَنَّ et آمَنَّا *mulieres crediderunt, credidimus*, pro آمَنْنَ et آمَنْنَا.

6. De temporum et modorum forma.

104. Ubi secunda radicalis perfecti Fèthâ instructa est (37.), eadem imperfecti litera vocali Ḍammâ aut Kèsrâ signatur, ut كَتَبَ *scripsit*, يَكْتُبُ, جَلَسَ *consedit*, يَجْلِسُ.

Adnot. Excepta sunt verba, quorum secunda vel tertia radicalis ex gutturalium numero est; haec enim Fètḥam perfecti in imperfecto servare solent, ut فَعَلَ *egit*, يَفْعَلُ, قَطَعَ *secuit*, يَقْطَعُ, نَطَحَ *cornu feriit*, يَنْطَحُ, طَرَحَ *conjecit*, يَطْرَحُ, قَمَعَ *domuit*, يَقْمَعُ. — Non desunt tamen exceptiones, ut شَعَرَ *animadvertit*, يَشْعُرُ, رَجَعَ *rediit*, يَرْجِعُ.

105. Ubi media radicalis perfecti Kèsram habet (38.), imperfectum tanquam propriam sibi vocalem Fètḥam assumere solet, ut عَلِمَ *scivit* يَعْلَمُ, حَزِنَ *tristis fuit*, يَحْزَنُ, مَرِضَ *aeger fuit*, يَمْرَضُ (cf. כָּבֵד, יִכְבַּד; שָׁפֵל, יִשְׁפַּל).

Adnot. Perpauca quaedam verba Kèsram perfecti in imperfecto conservant, ut حَسِبَ *ratus est*, يَحْسِبُ. Cf. etiam 158. Adn.

106. Ḍamma ubi mediae radicalis perfecti vocalis est (38.), in imperfecto servatur, ut حَسُنَ *pulcher fuit*, يَحْسُنُ.

107. Perfectum et imperfectum, quod ad flexionem attinet, eo inter se discedunt, quod illi suffiguntur, huic et praefiguntur et suffiguntur personarum, numerorum et generis notae.

Adnot. In perfecto primas tenet *actio*, quippe quae peracta est, in imperfecto *agens*, quippe qui agendo adhuc occupatus est.

108. Indicativus imperfecti Ḍammâ tertiae radicalis (يَكْتُبُ), subjunctivus Fèthâ (يَكْتُبَ) designatur. Tertius modus ultimàm radicalem nulla vocali instructam, sed Gèzmâ notatam (يَكْتُبْ) habet, unde *apocopati* nomen traxit.

Adnot. Imperfectum, utpote cujus formarum pars (يَكْتُبُ, تَكْتُبُ, تَكْتُبُ, أَكْتُبُ, نَكْتُبُ) solo praefixo instruitur, ad modos variâ ultimae radicalis pronuntiatione indicandos aptissimum est.

109. Ab iis formis, quae syllabis نِ vel نَ terminantur, in modo subjunctivo et apocopato hae syllabae abjiciuntur. Exceptae sunt tertia et secunda persona pluralis feminini generis, quae in secundo et tertio modo integrae servantur, quum syllaba نَ ad pluralem feminini generis indicandum omnino necessaria sit. Contra syllabis نِ et نَ in sec. pers. fem. sing., in duali et in tertia et secunda plur. persona omissis personae, numerus, genus nihilo minus distincta sunt; cf. يَكْتُبُونَ cum كَتَبُوا, يَكْتُبَانِ cum كَتَبَا, تَكْتُبِينَ cum كَتَبْتِ.

110. Duae modi energici formae terminationibus ـَنَّ et ـَنْ modo apocopato suffixis oriuntur. Ubi modus apocopatus vocalibus û et î terminatur (تَكْتُبِى, يَكْتُبُوا, تَكْتُبُوا) ـَ τοῦ ـَنَّ et ـَنْ necessario eliditur et producta formarum verbi vocalis propter duplicem vel etiam simplicem, quae eam sequitur, consonantem corripitur, تَكْتُبِنَّ, تَكْتُبِنْ, يَكْتُبُنَّ, يَكْتُبُنْ etc. In duali prior Fètḥa terminationis ـَنَّ in ـَا dualis resolvitur, posterior Kèsrae dualis cedit, يَكْتُبَانِّ, تَكْتُبَانِّ, تَكْتُبَانِّ. In sec. et tert. persona pluralis feminini Fètḥa formae cum priori Fètḥa terminationis ـَنَّ in longum â coalescit, posterior τοῦ ـَنَّ Fètḥa in Kèsram mutatur, يَكْتُبْنَانِّ, تَكْتُبْنَانِّ.

Adnot. Brevior forma ـَنْ iis ex personis solum formatur, quae ante ـَنَّ vocalem brevem habent. A duali non derivatur, quia formae ejus cum formis singularis plane consonaturae es-

sent; a feminino pluralis non formatur propter cacophoniam syllabae نَنْ (يَكْتُبْنَنْ).

111. Imperativi forma praefixo secundae personae modi apocopati abjecto oritur. Hinc et eâdem, qua hic, vocali instructa est et, quum a duabus consonantibus ordiatur, ex lege illa euphonica (26) vocalem brevissimam praemissam sibi adjungit. Quae, si media radicalis per Kèsram vel Fètḥam effertur, Kèsra est, si per Ḍammam, Ḍamma, ut اِضْرِبْ, اِفْعَلْ, اُكْتُبْ.

Adnot. *a.* De vocali hujus formae auxiliari paene ubique omissâ et fulcro ejus, litera Èlif, Waṣlâ instructo vid. 19, 2, et cf. 52, Adnot.

Adnot. *b.* Fètḥa ob gravitatem suam vocalis prosthetica esse nequit.

112. De duabus formis energicis imperativi eadem teneantur, quae de iisdem imperfecti formis supra 110 dicta sunt.

2. De passivo formae primae verbi firmi.

110. Paradigma passivi formae primae verbi firmi tabularum in calce grammaticae collocatarum secunda (Tab. II.) exhibet.

114. Perfectum passivi primâ radicali cum Ḍamma, secundâ cum Kèsra pronuntiandis a perfecto activi differt, imperfectum passivi primâ radicali cum Ḍamma, secundâ cum Fètḥa pronuntiandis ab imperfecto activi.

Adnot. Haec temporum generis passivi pronuntiatio, quibuscunque vocalibus tempora generis activi distincta sunt, eadem est.

115. Modus imperativus generis passivi non propriam formam habet, sed modum jussivum imperfecti sive imperfectum apocopatum mutuatur.

3. De formis derivatis verbi firmi.

116. Paradigmata formarum derivatarum verbi firmi tabularum in calce libri positarum tertia (Tab. III.) continet.

117. Media radicalis perfecti generis activi in omnibus formis derivatis vocali Fètḥa instruitur.

118. Media radicalis imperfecti ejusdem generis in formis quinta et sexta vocali Fèt͟ha, in reliquis vocali Kèsra insignitur.

Adnot. Imperfecta formarum nonae et undecimae يَقْبَلُّ et يَقْبَالُّ ex يَقْبَلِلُ et يَقْبَالِلُ contracta esse intelligitur ex modis apocopatis يَقْبَلِلْ et يَقْبَالِلْ, item imperativis اِقْبَلِلْ et اِقْبَالِلْ. Cf. 121 et 135.

119. In forma secunda, tertia et quarta literae praefixae imperfecti activi per Ḍammam efferuntur, in reliquis per Fèt͟ham.

120. Ėlif characteristicum formae quartae, ubi alia litera radici praefigitur, excidit, ut يُقْبِلُ, non يُاقْبِلُ.

121. In forma nona et undecima, ubi tertia radicalis duplicata vocali terminatur, prior harum duarum literarum amissâ vocali suâ posteriori Tèšdîdo notatae inseritur, ut اِصْفَرَّ pro اِصْفَرَرَ, يَصْفَرُّ pro يَصْفَرِرُ; ubi autem tertia radicalis duplicata consonanti terminatur, prior vocalem suam servat, posterior Ġèzmâ signatur, ut اِصْفَرَرْتُ, يَصْفَرِرْ, اِصْفَرِرْ; cf. 135.

122. Perfecta et imperfecta generis passivi in formis derivatis eodem modo, quo in primitiva, efferuntur.

Adnot. *a.* Imperfecta passivi formae primae et quartae formâ prorsus conveniunt.

Adnot. *b.* Imperfecta passivi formae quintae et sextae solâ Ḍammâ praefixis tributâ ab imperfectis activi differunt.

123. Quum notio passiva in perfecto per Ḍammam primae radicali tributam exprimatur, notio formae tertiae autem vocali primae radicalis productâ denotetur, duabus hisce notionibus in perfecto passivi f. III. convenientibus forma قُوبِلَ oritur. Idem de perfecto passivi formae sextae تُقُوبِلَ dicendum.

124. In perfecto passivi formae quintae et sextae non solum Fèt͟ha primae radicalis, sed etiam Fèt͟ha syllabae his formis propriae (تَ) in Ḍammam mutatur, ut تُقُبِّلَ, تُقُوبِلَ. Item in perfecto passivi formae septimae, octavae et decimae non solum prima radicalis aut litera characterem formae denotans (ت), sed etiam Ėlif prostheticum per Ḍammam effertur, ut

أُنْقُبِلَ, أُقْتُبِلَ, أُسْتُقْبِلَ. Ita euphoniae studio singulae formarum partes aequales redditae sunt; cf. 111.

125. Forma nona et undecima, utpote quae notionis neutrius sint, passivo carent.

126. Litera ت formae quintae et sextae propria (تَ), ubi radix aliqua ex literis ت, ث, ج, د, ذ, ز, س, ش, ص, ض, ط, ظ incipit, interdum (in Qorâno haud raro) vocali sua abjectâ cum prima radicali in unam eamque duplicem literam conjungitur. Formis ita ortis, ubi duabus consonantibus incipiunt, Èlif prostheticum praefigitur (cf. 55). Exempla: اِثَّبَّتَ pro تَثَبَّتَ, يَذَّكَّرُ pro يَتَذَكَّرُ. Lingua sequior idem Èlif prostheticum in forma quinta et sexta omnium verborum ita admittit, ut literam ت abjecta vocali conservet, ut إِتْنَفَّسَ pro تَنَفَّسَ, *spiritum duxit.*

127. تَ formae quintae et sextae in iis imperfecti personis, quae syllabam تَ praefixam habent (sec. pers. sing., dual. et plur. masc. et fem. generis et tertia pers. sing. et dual. fem. gen.), interdum ejicitur, ut تَكَسَّرُ pro تَتَكَسَّرُ, تَحَمَّلُ pro تَتَحَمَّلُ, تَبَاعَدُ pro تَتَبَاعَدُ. Quae formae contractae in activo per Fèṭham secundae radicalis (تَكَسَّرُ, تَبَاعَدُ) ab iisdem personis activi formarum secundae et tertiae (تُكَسِّرُ, تُبَاعِدُ), per Fèṭham praefixi تَ ab iisdem passivi earundem formarum personis (تُكَسَّرُ, تُبَاعَدُ) satis distinguuntur, in passivo autem (تُكَسَّرُ, تُبَاعَدُ) a passivis secundae et tertiae formae (تُكَسَّرُ, تُبَاعَدُ) non differunt.

128. Verba ab ا, ر, ل, ن incipientia forma septima carent, pro qua praeter passivum formae primae octava et quinta usurpantur. In uno, quod novimus, exemplo formae septimae verbi a ن incipientis, إِنَّمَسَ, ن notionem illius formae continens cum prima radicali per Tèšdîd conjungitur.

129. Ubi radix a litera ت incipit, ت vim formae octavae exprimens cum prima radicali in unam literam Tèšdîd notatam coalescit, ut اِتَّبَعَ pro اِتْتَبَعَ, *secutus fuit,* a radice تَبِعَ id.

130. In radicibus a literis ص, ض, ط, ظ incipientibus ت formae octavae mutatur in ط; quae litera cum prima radicali, ubi ط est, semper in طّ, ubi ظ est, saepe in طّ aut in ظّ, ubi denique litera ض est interdum in ضّ coalescit. Exempla: ٱصْطَبَغَ pro ٱصْتَبَغَ a radice صَبَغَ, ٱطَّبَعَ pro ٱطْطَبَعَ idque pro ٱطْتَبَعَ a radice طَبَعَ, ٱظْطَلَمَ et ٱطَّلَمَ aut ٱظَّلَمَ pro ٱظْطَلَمَ idque pro ٱظْتَلَمَ a radice ظَلَمَ, ٱضْطَرَبَ et ٱضَّرَبَ pro ٱضْطَرَبَ idque pro ٱضْتَرَبَ a radice ضَرَبَ.

131. Item in radicibus a literis ز, د et ذ incipientibus ت formae octavae mutatur in د; quae litera cum prima radicali, ubi د est, semper in دّ, ubi ذ est, saepe in ذّ aut in دّ coalescit, ut ٱزْدَادَ pro ٱزْتَادَ a radice زَادَ, ٱدَّرَكَ pro ٱدْدَرَكَ idque pro ٱدْتَرَكَ a radice دَرَكَ, ٱذَّكَرَ aut ٱدَّكَرَ pro ٱذْدَكَرَ idque pro ٱذْتَكَرَ a radice ذَكَرَ.

132. In verbis a litera ث incipientibus modo prima radicalis in ت formae octavae mutata cum eo in تّ coalescit, modo vicissim ت in ث transit et cum eo in ثّ conjungitur, ut ٱتَّبَتَ et ٱثَّبَتَ pro ٱثْتَبَتَ a radice ثَبَتَ.

4. De verbo quadrilitero.

133. Formae verbi quadriliteri, cujus paradigma in tabula quarta (Tab. IV.) repraesentatur, formam verbi triliteri secundam, quintam, septimam et nonam per omnia sequuntur (cf. 69—72).

Adnot. Quemadmodum in quinta verbi triliteri forma ت pluribus imperfecti formis praefixa interdum omittitur (127), ita etiam in secunda forma verbi quadriliteri.

5. De verbo mediae geminatae.

134. Ex verborum firmorum numero ea quoque sunt, quorum secunda et tertia radicalis eadem litera (firma) est; quae *verba mediae* sive *secundae geminatae* vocare licet. Quum aliquatenus a ceteris verbis firmis discedant, separatim de iis agendum est.

Adnot. Paradigma verbi mediae geminatae Tabula quinta (Tab. V.) exhibet.

135. Verba mediae geminatae a ceteris verbis firmis duabus rebus differunt:

1) ubi tertiam radicalem vocalis sequitur, secunda radicalis vocali sua abjecta cum tertia in unam literam Tèšdîd signatam coalescit, ut فَرَّ pro فَرَرَ, فُرَّ pro فُرِرَ;

2) ubi tertiam radicalem vocalis sequitur, prima autem radicalis vocali caret, secunda radicalis vocali sua in primam radicalem rejecta cum tertia radicali in unam literam contrahitur, ut يَفِرُّ pro يَفْرِرُ, يُفَرُّ pro يُفْرَرُ.

Ubi autem tertia radicalis vocali caret, secunda radicalis vocalem suam servans cum tertia radicali non contrahitur, ut فَرَرْتَ, فُرِرْتُ, يَفْرِرْ.

136. Haud raro tamen in modo apocopato verborum mediae geminatae media radicalis, vocali suâ in primam radicalem vocali vacuam rejectâ, cum ultima radicali contrahitur; quod si fit, litera geminata Fètham aut Kèsram adsciscit, ut يَفِرَّ et يَفِرِّ pro يَفْرِرْ. Modo apocopato verborum, quorum media radicalis in imperfecto per Ḍammam effertur, etiam Ḍamma addi potest, ita ut talibus verbis quatuor sint modi apocopati formae: يَمْدُدْ, يَمُدَّ, يَمُدِّ, يَمُدُّ.

137. Eae imperativi formae, in quibus ultima radicalis vocali instructa est (sing. fem., dual., plur. masc.), regulam supra 135, 2) propositam non sequuntur, sed mediam radicalem ab ultima distinctam servant, ut آفْرِرِي, آفْرِرَا, آفْرِرُوا pro آفِرِّي, آفِرَّا, آفِرُّوا. Èlif prostheticum, si vocalis mediae radicalis ad primam referretur, utpote non amplius necessarium, adsciscendum non esset; quum vero, paene ubique imperativo formarum simplicium praeposita, ad ipsam hujus formam pertinere videretur haec litera adscita, Arabes eam omittere nolentes آفِرِّي pro فِرِّي dixerunt. Quamquam aliâ quoque imperativi formâ haud raro utuntur, quae secundam radicalem cum tertia contractam et primam vocali secundae signatam habet, Èlif prosthetico autem

caret, ut فِرِّى pro اِفْرِرِى, فِرَّا pro اِفْرِرَا, فِرُّوا pro اِفْرِرُوا. Formae masculini singularis eâdem, qua in imperfecto apocopato, ratione vocales Fètha, Kèsra et Damma adjiciuntur, quo fit, ut et ipsa Èlif adscitum amittat et contractionem mediae et tertiae radicalis patiatur, ut فِرَّ, فِرِّ pro اِفْرِرْ, مُدَّ, مُدِّ, مُدُّ pro اُمْدُدْ.

138. De passivo formae primae et de forma tertia, quarta, sexta, septima, octava et decima eadem dicenda sunt, quae de genere activo formae primae. In forma autem secunda, quinta, nona et undecima, quae mediam radicalem duplicatam habent, secunda et tertia radicalis non contrahuntur, ut فَرَّرَ, تَفَرَّرَ, اِفْرَرَّ, اِفْرَارَّ.

139. In forma tertia, sexta et nona vocalis longa (ā) consonantem duplicatam antecedit, quae potestas soli Fèthae, utpote vocalium gravissimae, conceditur. Leguntur tamen passim etiam formae tertiae non contractae, ut مَادَدَ, يُمَادِدُ pro مَادَّ, يُمَادُّ.

140. Quemadmodum in imperfecto apocopato primae formae, ita etiam in eodem formarum derivatarum modo tertiae radicali Gèzmâ signatae vocalis adjici et hinc secunda cum ea in literam duplicem Tèšdîdo insignitam contrahi potest, ut اُدِلَّهُ pro اُدْلِلْهُ prim. pers. imperf. apoc. quartae formae verbi دَلَّ, اُقِلَّهُ pro اُقْلِلْهُ id.

C. De verbis infirmis.

141. Verba *infirma* ea sunt, quae unam literarum radicalium propter infirmitatem mutationi et abjectioni obnoxiam habent ideoque in parte flexionum a verbo firmo magis minusve recedunt.

142. Literae infirmae hae tres sunt: أ, و, ى.

143. Verborum infirmorum duo sunt genera:

1) verba, quae in radicalium numero Èlif mobile sive Hèmzam, gutturalium lenissimam, habent, quae verba *hèmzata* vocari solent;

2) verba, quorum radix unam literarum debilissimarum et ad naturam vocalium u et i proxime accedentium و et ى continet, verba *sensu strictiore infirma.*

144. Possunt etiam duae atque adeo tres literae infirmae alicui radici inesse. Verba, quae inter radicales duas literas infirmas habent, dupliciter infirma, verba, quorum radicales omnes infirmae sunt, tripliciter infirma appellantur. Quae verba tertium verborum infirmorum genus sunt.

1. De verbis hèmzatis.

145. Verborum hèmzatorum, quorum paradigmata tabulae sexta, septima et octava (Tabb. VI. VII. VIII.) exhibent, tres species sunt:

a) verba primae hèmzatae,
b) verba mediae hèmzatae,
c) verba ultimae hèmzatae.

146. Ea, quibus verba hèmzata a verbis firmis discedunt, haec sunt:

147. a) Èlif hèmzatum in fine syllabae collocatum et hinc Ġèzmâ notatum, ubi Kèsra et Ḍamma, vocales ab ejus natura alienae, antecedunt, in literas و et ى Hèmzâ signatas (ؤ, ئ) mutatur, ut إِئْثَرْ pro إِأْثَرْ, أُؤْمُلْ pro أُأْمُلْ, imperativi radicum أَثَرَ et أَمَلَ; يُؤْثَرُ pro يُأْثَرُ, imperfectum passivi formarum primae et quartae; دَنُؤْتَ et خَرِئْتَ pro دَنُأْتَ et خَرِأْتَ, sec. pers. perf. activi primae formae verborum دَنُؤَ et خَرِئَ pro دَنُأَ, خَرِأَ (vid. 149).

148. Hèmza literis و et ى superscripta non solum eas ex أ ortas esse indicat, sed etiam ne in pronuntiando cum ـُو et ـِى (ū, ī) confundantur monet; ـُ et ـِ vocales breves manent atque ؤ et ئ ut أ ipsum ab initio syllabae (149. 150.) intercedente spiritu leni, in fine syllabae voce in eum cadente ideoque paullulum suspensa pronuntiantur.

Adnot. *a*. In ore vulgi Hèmza in mediis et ultimis verbis ita evanuit, ut ؤ et ئ, antecedentibus et sequentibus vocalibus, nisi ubi illam Ḍamma, hanc Kèsra sequitur (149. 150), in و et ى abeant, ؤ et ئ autem cum vocalibus eas praecedentibus coalescant ideoque vocales longae ū et ī audiantur. Quamquam initia Hèmzae mollius pronuntiatae ac deinceps prorsus abjectae jam in lingua

antiquiore, maxime apud poëtas, inveniuntur. Inde fluxit consuetudo vulgi verba tertiae hèmzatae more aramaïco in verba tertiae Jê resolvendi, ut قَرَى pro قَرَأَ, قَرَيْتُ pro قَرَأْتُ, يَقْرِى pro يَقْرَأُ.

Adnot. b. Post Fètḥam أ constanter servatur, ut يَأْثَرُ.

149. b) Item أ, ubi 1) cum Kèsra aut Ḍamma efferendum Fètḥa et 2) cum Fètḥa pronuntiandum Kèsra aut Ḍamma antecedit in ؤ et ئ transit, ut يُؤَثَّرُ pro يُأَثَّرُ *signabitur*, 3 p. impf. pass. II., بَئِسَ pro بَأَسَ *strenuus fuit*, يُلَائِمُ pro يُلَاءَمُ *concordat*, impf. III., إِلْتَئِمْ pro إِلْتَأَمْ *in gratiam redi*, imperat. VIII., دَنُؤَ pro دَنَأَ *deterior fuit*.

Adnot. Hèmza literis و et ى superscripta hic quoque cum originem earum, tum duas vocales spiritu leni dirimendas esse docet.

150. c) Item denique, ubi ante syllabam, quae ab Èlif hèmzato vocalibus Kèsra aut Ḍamma instructo incipit, litera ǵèzmata posita est, أ in ؤ et ئ mutatur, ut يَبْؤُسُ pro يَبْأُسُ *strenuus est*, impf. rad. بَؤُسَ, يُلْئِمُ pro يُلْإِمُ *avarum se praebet*, impf. IV., إِسْتَلْئِمْ pro إِسْتَلْإِمْ *indue tibi loricam*, imperat. X.

151. d) Ubi ab initio vocis post Èlif Hèmza et Fètḥa notatum (أَ) Èlif productionis sequitur, hae duae literae in unum Èlif coalescunt idque signandum est aut sola Medda, aut Medda una cum Hèmza ad latus τοῦ Èlif picta, aut denique Hèmza et Fètḥa ad perpendiculum scripta, ut آثَرَ, ءآثَرَ et أَاثَرَ pro أَاثَرَ *praehabuit*, pf. III. rad. أَثِرَ *praecelluit*. — Idem fit, ubi ex origine post أ alterum Èlif hèmzatum Ǵèzma instructum est, ut آثَرَ, ءآثَرَ, أَاثَرَ pro أَأْثَرَ item *praehabuit*, pf. IV ejusd. rad., ita ut hae duae formae et sono et significatione congruant. Antiquius etiam أَأْثَرَ scribitur.

152. e) Èlif hèmzatum Fètḥa instructum, ubi Fètḥa antecedit atque Èlif productionis sequitur, recentius in و transit, ut تَوَامَرُوا pro تَأَامَرُوا vel تَآمَرُوا *consultarunt inter se*, 3 p. pl. pf. VI rad. أَمَرَ *jussit*, تَوَاكَلُوا pro تَأَاكَلُوا vel تَآكَلُوا ead. f. rad. أَكَلَ *edit*. Antiquius et legitime تَآكَلُوا, تَآمَرُوا dicitur.

153. Radices أَخَذَ *cepit*, أَمَرَ *jussit*, et أَكَلَ *edit* primam radicalem in imperativo f. primae abjicere solent, ita ut oriantur formae:

خُذْ *cape*, مُرْ *jube*, كُلْ *ede*.

154. Ubi imperativos verborum primae radicalis hèmzatae conjunctiones وَ et فَ antecedunt, Èlif prostheticum Wasla instruendum ejicitur, prima autem radicalis Gèzmâ signata servatur, ut وَأْمُرْ *et jube* pro وَٱؤْمُرْ aut وَمُرْ, فَأْذَنْ pro فَٱئْذَنْ *itaque permitte*, imperat. rad. أَذِنَ *permisit*.

155. Prima radicalis verbi أَخَذَ in f. VIII semper cum litera ت, quae huic formae propria est, in تّ contrahitur, ut إِتَّخَذَ pro إِيتَخَذَ (vid. 147.) *cepit sibi*. Idem interdum fit in verbis أَزَرَ pr. *cinxit* (אָזַר), *amicuit*, et أَجَرَ *mercedem dedit*, ut إِتَّزَرَ pro إِئْتَزَرَ *se amiculo* إِزَارٌ *induit*, et إِتَّجَرَ pro إِيتَجَرَ *mercedem meruit et accepit*.

156. Verba mediae hèmzatae interdum ad normam verborum mediae radicalis و et ى (169. 170) flectuntur et pro Èlif hèmzato Gèzma instructo Èlif productionis accipiunt, id quod maxime de verbo سَأَلَ valet, ut سَالَ pro سَأَلَ *quaesivit*, يَسَالُ pro يَسْأَلُ vel يَسْئَلُ (vid. 17. Adnot. ad 2.) indic. impf., يَسَلْ pro يَسْأَلْ vel يَسْئَلْ juss. impf.

2. De verbis sensu strictiori infirmis.

157. Verba sensu strictiori infirma, sive ea, quae in radicalium suarum numero literam و aut ى, infirmissimas literas, habent, in tres species dividuntur:

a) verba primae radicalis و et ى,
b) verba mediae radicalis و et ى,
c) verba ultimae radicalis و et ى.

a. De verbis primae radicalis و et ى. (Tab. IX.)

158. و eorum verborum primae radicalis و, quorum media radicalis in imperfecto et imperativo cum Kèsra effertur, in his

formis ejici solet, ut يَلِدُ pro يَوْلِدُ et لِدْ pro إِيلِدْ idque pro إِوْلِدْ a radice وَلَدَ *genuit,* يَعِدُ pro يَوْعِدُ et عِدْ pro إِيعِدْ idque pro إِوْعِدْ a radice وَعَدَ *promisit.*

Adnot. Secunda radicalis imperfecti haud paucis in verbis primae و, quorum media radicalis in perfecto per Kèsram pronunciatur, non secundum regulam supra 105 propositam Fèthâ, sed Késrâ signatur, quo fit, ut prima radicalis elidatur, ut وَرِثَ *haereditate accepit,* يَرِثُ, وَرِعَ *illicita cavit,* يَرِعُ, وَمِقَ *amavit,* يَمِقُ, وَفِقَ *bene processit,* يَفِقُ.

159. Ubi vero in imperfecto et imperativo verborum primae و media radicalis cum Fètḥa aut Ḍamma effertur, itemque in verbis mediae geminatae illae formae primam radicalem non elidunt, ut يَوْجَلُ et إِيجَلْ pro إِوْجَلْ (161.) a radice وَجِلَ *timuit sibi,* يَوَدُّ et إِيدَدْ pro إِوْدَدْ a rad. وَدَّ ex وَدِدَ vel etiam وَدَدَ *amavit.*

Adnot. In verbis firmis hujus generis, quorum secunda radicalis in impf. et imper. vocalem Fètḥam habet, prima apud quasdam tribus arabicas in ا et ى abire solebat, ut يَاجَلُ et يَيْجَلُ pro يَوْجَلُ. Quamquam etiam يَيْجِعُ pro يَجِعُ, impf. rad. وَجِعَ *doluit,* dictum esse traditur, non minus quam يَيْجَعُ, يَاجَعُ, يَوْجَعُ.

160. In septem verbis a و incipientibus haec litera in impf. et imperat. non obstante mediâ radicali per Fètḥam pronunciatâ ejicitur; quae verba haec sunt:

وَطِئَ	(pro وَطِأَ 149)	*pedibus calcavit*	طَأْ ,يَطَأُ
وَسِعَ	. . . .	*amplus fuit*	سَعْ ,يَسَعُ
وَقَعَ	. . . .	*cecidit*	قَعْ ,يَقَعُ
وَدَعَ	. . . .	*sivit*	دَعْ ,يَدَعُ
وَذَرَ	. . . .	id.	ذَرْ ,يَذَرُ
وَهَبَ	. . . .	*dedit*	هَبْ ,يَهَبُ
وَضَعَ	. . . .	*posuit*	ضَعْ ,يَضَعُ

Adnot. Caussa literae و in impf. et imperat. horum verborum ejectae haec est, quod Fètḥa mediae radicalis impf. nonnisi ei rei originem debet, quod secunda vel tertia radicalis litera gutturalis aut semigutturalis (وَذَرَ) aut emphatica (وَطِئَ vid. 5, 1.) est. De وَسِعَ, يَسَعُ cf. 158. Adn.

Adnot. *b.* Ceterum وَدَعَ et وَذَرَ in perfecto non sunt usitata.

161. Litera و vocali carens, ubi Kèsra Èlif adsciti imperativo praepositi eam praecedit in ى mutatur, ut إِيجَلْ pro إِوْجَلْ *time tibi* et إِيدَدْ pro إِوْدَدْ *ama.*

162. Verba primae radicalis ى in omnibus paene formis ut verba firma flectuntur. Exempla: يَبِسَ *siccus fuit*, impf. يَيْبَسُ, يَسَرَ *facilis fuit*, impf. يَيْسِرُ.

163. ى, ubi vocali caret et post Ḍammam proxime antecedentem posita est, in و transit, ut يُوقِظُ pro يُيْقِظُ *expergefacit*, impf. IV. rad. يَقِظَ *experrectus est.*

164. In forma octava و et ى ante literam huic formae propriam (ت) in ت transeunt et cum ت formae in تّ contrahuntur, ut إِتَّعَدَ pro إِوْتَعَدَ, اِيتَعَدَ *accepit promissum*, إِتَّسَرَ pro ايتَسَرَ *aleâ lusit.*

Adnot. Interdum tamen, quamquam improbantibus nonnullis grammaticis, و et ى in formâ octavâ non mutantur in ت, sed servata post vocalem sibi non respondentem in se invicem vel in Èlif productionis mutantur, و in ى post Kèsram et ى in و post Ḍammam et utraque consonans post Fètḥam in Èlif productionis. Exempla إِيتَعَدَ pro إِوْتَعَدَ (cf. 161.), أُوتُسِرَ pro أُيْتُسِرَ (cf. 163.) pf. pass. VIII, يَاتَعِدُ pro يَوْتَعِدُ impf. f. VIII, يَاتَسِرُ pro يَيْتَسِرُ id.

b. De verbis mediae radicalis و et ى.

165. Verba mediae و et ى, quorum paradigmata Tabb. X. XI. XII. et XIII. exhibent, nonnisi in forma prima, quarta, septima, octava et decima a verbis firmis discedunt.

166. Ea, in quibus verba mediae و et ى in illis formis a verbis firmis differunt, haec sunt:

167. 1. a. α) Ubi prima radicalis ǵèzmata est et mediae radicales و et ى Ḍammâ aut Kèsrâ instructae sunt, hae vocalibus suis in illam rejectis literae productionis (ـُو ـِى) fiunt, ut

يَقُولُ ex يَقْوُلُ *dicit* impf. I., قُولُوا ex قْوُلُوا *dicite* imperat. I.

يَسِيرُ ex يَسْيِرُ *incedit* impf. I., سِيرُوا ex سْيِرُوا *incedite* imperat I.

يُلِينُ ex يُلْيِنُ *lenivit* impf. IV.

يَسْتَلِينُ ex يَسْتَلْيِنُ *lenem reputavit* impf. X.

أُسْتُلِينَ ex أُسْتُلْيِنَ *lenis reputatus est* pf. pass. X.

168. 1. a. β) Ubi primam radicalem ǵèzmatam sequitur litera و Kèsrâ instructa, Kèsra in illam rejicitur et haec in ى productionis (ـِى) transit, ut

يُقِيلُ ex يُقْوِلُ impf. act. IV.

أُقِيلَ ex أُقْوِلَ pf. pass. IV.

يَسْتَقِيلُ ex يَسْتَقْوِلُ impf. act. X.

أُسْتُقِيلَ ex أُسْتُقْوِلَ pf. pass. X.

169. 1. a. γ) Ubi prima radicalis ǵèzmata est et mediae radicales و et ى Fèthâ signatae sunt, hae vocali suâ in illam rejectâ in Èlif productionis (ـَا) mutantur, ut

يَخَافُ ex يَخْوَفُ *metuet* impf. act. I.

يَهَابُ ex يَهْيَبُ *formidabit* id.

يُقَالُ ex يُقْوَلُ *dicetur* impf. pass. I. et IV.

يُهَابُ ex يُهْيَبُ *formidabitur* id.

أَقَامَ ex أَقْوَمَ *commoratus fuit* pf. act. IV.

170. 1. b. Ubi tertia radicalis vocalem suam amittit, vocales productae ـُو, ـِى, ـَا, utpote in syllabâ consonanti terminatâ positae, corripiuntur, ut

يَقُلْ	pro	يَقُولْ	idque pro	يَقْوُلْ	impf. apoc. act. I. 167.
يَسِرْ	. .	يَسِيرْ	. . . . .	يَسْيِرْ	id. ibid.
قُلْ	. .	قُولْ	. . . . .	قْوُلْ	imperat. I. ibid.
سِرْ	. .	سِيرْ	. . . . .	سْيِرْ	id. ibid.
يُسِرْ	. .	يُسِيرْ	. . . . .	يُسْيِرْ	impf. apoc. IV. ibid.
يُقِلْ	. .	يُقِيلْ	. . . . .	يُقْوِلْ	id. 168.
أُقِلْتَ	. .	أُقِيلْتَ	. . . . .	أُقْوِلْتَ	2 p. pf. pass. IV. ibid.
يَخَفْ	. .	يَخَافْ	. . . . .	يَخْوَفْ	impf. apoc. I. 169.
هَبْ	. .	هَابْ	. . . . .	هْيَبْ	imperat. I. ibid.
يُقَلْ	. .	يُقَالْ	. . . . .	يُقْوَلْ	impf. apoc. pass. I et IV ib.
يُسَرْ	. .	يُسَارْ	. . . . .	يُسْيَرْ	id. ibid.
أَقَمْتَ	. .	أَقَامْتَ	. . . . .	أَقْوَمْتَ	2 p. pf. act. IV. ibid.

171. 2. a. و et ى quacunque vocali notatas ubi Fètha proxime antecedit, illae vocali suâ abjectâ in Èlif productionis mutantur, ut

قَامَ pro قَوَمَ *stetit*

إِقْتَامَ pro إِقْتَوَمَ pf. act. VIII.

طَالَ pro طَوُلَ *procerus fuit*

خَافَ pro خَوِفَ *metuit*

يَقْتَالُ pro يَقْتَوِلُ impf. VIII.

سَارَ pro سَيَرَ *incessit*

إِسْتَارَ pro إِسْتَيَرَ pf. VIII.

هَابَ pro هَيِبَ *formidavit*

يَسْتَارُ pro يَسْتَيِرُ impf. VIII.

172. 2. b. α) Ubi prima radicalis per Fètham effertur, secunda vel و cum Ḍamma, vel ى cum Kèsra pronuntianda est

et tertia vocali caret, و et ى eliduntur et Fètḥa literae primae earum vocalibus, Ḍammae et Kèsrae, cedit, ut

طُلْتَ ex طَوُلْتَ 2 p. pf. act. I.

هِبْتَ ex هَيِبْتَ id.

173. 2. b. *β*) Porro, ubi prima radicalis per Fètḥam effertur, media vel و vel ى cum Fètḥa pronuntianda et ultima vocali destituta est, و et ى unâ cum vocali suâ eliduntur et Fètḥa primae radicalis vocalibus Ḍammae et Kèsrae (quae literis و et ى originem debent) cedit, ut

قُمْتَ ex قَوَمْتَ 2 p. pf. act. I.

سِرْتَ ex سَيَرْتَ id.

174. 2. b. *γ*) Ubi denique prima radicalis per Fètḥam effertur, secunda litera و cum Kèsra pronuntianda est et tertia vocalem non habet, و ejicitur ejusque vocalis (Kèsra) in locum Fètḥae, quo prima radicalis signata est, substituitur, ut

خِفْتَ ex خَوِفْتَ 2 p. pf. act. I.

175. 3. a. Ubi literas و et ى Kèsra notatas Ḍamma antecedit, Ḍamma abjicitur, in abjectae locum Kèsra mediae radicalis succedit et media radicalis, si ى est, litera productionis ـِى fit, si و, in ى et ipsam in literam productionis mutatam transit, ut

سِيرَ ex سُيِرَ pf. pass. I.

أُنْسِيرَ ex أُنْسُيِرَ pf. pass. VII.

أُسْتِيرَ ex أُسْتُيِرَ pf. pass. VIII.

قِيلَ ex قُوِلَ pf. pass. I.

أُنْقِيلَ ex أُنْقُوِلَ pf. pass. VII.

أُقْتِيلَ ex أُقْتُوِلَ pf. pass. VIII.

176. 3. b. Ubi tertia radicalis ǵèzmata est, ـِى ex ـُيِ et ـُوِ ortum in ـِ corripitur, ut

سِرْتَ ex سُيِرْتَ 2 p. pf. pass. I.

قِلْتَ ex قُوِلْتَ id.

Adnot. In verbis mediae radicalis ى et in iis verbis mediae و, quorum media Kèsrâ instructa est, secunda pers. pf. act. et pass. et quae earum similitudinem sequuntur utriusque generis formae eaedem sunt, ut

هِبْتَ 2 pers. pf. act. et pass.

سِرْتَ id.

خِفْتَ id.

177. Imperfectum plurimorum verborum mediae ى Kèsrâ signatum est, ut سَارَ pro سَيَرَ impf. يَسِيرُ ex يَسْيِرُ (165); nonnulla tamen in perfecto Kèsram et hinc (105) in imperfecto Fètham mediae radicalis vocalem habent, ut هَابَ pro هَيِبَ impf. يَهَابُ pro يَهْيَبُ (167).

178. Imperativus formae simplicis nunquam Èlif prostheticum adsciscit, quum prima radicalis semper vocali instructa sit (165. 166. 167. 168.), ut قُلْ, قُولُوا, سِرْ, سِيرُوا, خَفْ, هَبْ, خَافُوا, هَابُوا.

179. Pro قِلْتَ ex قُوِلْتَ, قِلْتِ, ex قُوِلْتِ, etc. (174) etiam قُلْتَ, قُلْتِ etc. dici potest, ita, ut passivum ab activo non differat.

180. Nonnulli lectores Qorâni pro قِيلَ, غِيضَ, جِيءَ, سِيءَ pronuntiant قُيلَ, غُيضَ, جُيءَ, سُيءَ.

181. Iis in verbis mediae و et ى, quae ت terminantur, haec litera cum ت secundae et primae personae in تّ coalescit, ut مُتَّ pro مُتْتَ a rad. مَاتَ *mortuus est*, مُتُّمْ pro مُتْتُمْ etc.

182. Item in verbis mediae و et ى, quae ن terminantur, haec litera cum ن suffixi in نّ contrahitur, ut صُنَّ pro صُنْنَ 3 pers. pl. fem. pf. rad. صَانَ *custodivit*, صُنَّا pro صُنْنَا 1 pers. pl., يَصُنَّ 3 pers. pl. fem. impf. etc.

183. In passivo formae tertiae et sextae verborum mediae و litera productionis و post Dammam primae radicalis posita (123) cum media radicali و vocali Kesrâ instructa non conjungitur; non dicitur قُوِّلَ et تُقُوِّلَ, sed قُووِلَ et تُقُووِلَ. In verbis

mediae ـُوِ ى formarum tertiae et sextae cum media radicali Kèsrâ signata confundi non debet; dicitur بُويِعَ, تُبُويِعَ.

Adnot. ـُو formis tertiae et sextae propria est (123) ideoque mutari nequit.

184. Pauca quaedam verba mediae و verborum firmorum flexionem sequuntur, ut عَوِرَ *luscus* seu *monoculus fuit* impf. يَعْوَرُ.

185. Nonnulla verba mediae و et ى in f. IV. et suam et verborum firmorum flexionem sequi possunt, in f. VIII. hanc sequuntur, ut اِجْتَوَرَ *vicinus fuit*, أَرْوَحَ et أَرَاحَ *respiravit* pf. IV. rad. رَاحَ *vespertino tempore fecit aliquid*, أَغْيَمَ et أَغَامَ a rad. غَامَ *nubilosum fuit* coelum.

186. Item maxima pars verborum mediae و in forma decima verborum firmorum aeque ac suam flexionem sequi possunt. Plerumque tamen suam sequuntur paucis quibusdam exceptis, quae tantum non semper ut verba firma flectuntur, ut إِسْتَصْوَبَ *probavit* a radice صَابَ *bene directa fuit* sagitta.

c. De verbis tertiae radicalis و et ى.

187. Verba tertiae radicalis و et ى, quorum paradigmata tabulae X, XI et XII ob oculos ponunt, in has quinque species dividuntur:

1) verba ult. و, quorum media radicalis cum Fètha pronuntiatur, ut غَزَا pro غَزَوَ (cf. 190, 2).

2) verba ult. ى, quorum m. r. cum Fètha pronuntiatur, ut رَمَى pro رَمَيَ (cf. 190, 2).

3) verba ult. و, quorum m. r. cum Kèsra pronuntiatur, ut رَضِيَ pro رَضِوَ (cf. 189, I.).

4) verba ult. ى, quorum m. r. cum Kèsra pronuntiatur, ut خَزِيَ.

5) verba ult. و, quorum m. r. cum Ḍamma pronuntiatur, ut سَرُوَ.

188. **Tertiae radicales harum specierum tres subeunt vices. Nam aut consonantium naturam retinent, aut in vocales resolvuntur, aut eliduntur.**

189. Ab initio syllabarum

I. consonantium naturam retinent inter vocales ă—ā, ŭ—ă, ŭ—ā, ĭ—ă, ĭ—ā nec non, ubi syllaba proxime antecedens consonanti terminatur, ut يَغْزُوَ ,سَرُوَا ,سَرُوَتْ ,رَمَيَا ,غَزَوَا, يَغْزُوَانِ ,رَضِىَ ,رَضِيَا ,تَرْمِىَ ,تَرْمِيَانِ ,غَزْوٌ ,رَمْىٌ ,رَضْوٌ. — W inter ĭ—ă et ĭ—ā ubique in j transit, ut غُزِىَ ,رَضِىَ pro رَضِوَ ,غُزِوَ; j inter ŭ—ă et ŭ—ā nusquam invenitur.

Adnot. Ad similitudinem formarum سَرُوَتْ ,رَضِيَتْ ,رَمِيَتْ, tertia pers. feminina sing. et dual. perf. activi specierum primae et secundae غَزَوَتْ ,غَزَوَتَا ,رَمَيَتْ ,رَمَيَتَا formari poterat; sed Arabes in singulari formas masculinas (cf. 190, 2) proxime secuti, quum غَزَاتْ et رَمَاتْ, vel رَمَيْتْ dici non liceret (cf. 25), غَزَتْ et رَمَتْ substituerunt, in duali autem, ubi غَزَاتَا et رَمَاتَا dici poterat, ex singulari غَزَتَا et رَمَتَا retinuerunt.

II. Eliduntur

1) inter vocalem brevem et longam, quo facto hae coëunt

a) in vocalem longam simplicem. Ita mutatur ŭwū in ū, ut سَرُوا pro سَرُوُوا et يَغْزُونَ pro يَغْزُوُونَ ,يَغْزُوا et يَغْزُوُوا; ĭjū in ū, ut رَضُوا pro رَضِيُوا ,يَرْمُونَ et يَرْمُوا pro يَرْمِيُونَ et يَرْمِيُوا; ŭwī in ī, ut تَغْزِينَ et تَغْزِى pro تَغْزُوِينَ et تَغْزُوِى; ĭjī in ī, ut تَرْمِينَ et تَرْمِى pro تَرْمِيِينَ et تَرْمِيِى.

b) In diphthongum. Ita mutatur ăwū in au, ut غَزَوْا pro غَزَوُوا; ăjū in au, ut رَمَوْا pro رَمَيُوا ,يَرْضَوْنَ et يَرْضَوْا pro يَرْضَيُونَ et يَرْضَيُوا ,يُغْزَوْنَ et يُغْزَوْا pro يُغْزَيُونَ et يُغْزَيُوا; ăjī in ai, ut تَرْضَيْنَ et تَرْضَىْ pro تَرْضَيِينَ et تَرْضَيِى, تُغْزَيْنَ et تُغْزَىْ pro تُغْزَيِينَ et تُغْزَيِى.

2) In fine Imperfectorum conditionalium et imperativorum post

vocalem brevem, ubi analogia hujus brevitatem tuetur, ut تُغْزَ ,إِرْضَ ,يَرْضَ ,إِرْمِ ,تَرْمِ ,أُغْزُ ,يَغْزُ.

3) In nominibus agentis ante Ḍammam vel Kèsram nunatam una cum his vocalibus, nunatione in Kèsram mediae radicalis rejecta, ut غَازٍ pro غَازِيٌ, hoc autem pro غَازِوٌ, رَامٍ pro رَامِيٌ, رَاضٍ pro رَاضِيٌ, hoc autem pro رَاضِوٌ.

190. In fine syllabarum in vocales resolvuntur.

1) Ubi syllabas ex origine finiunt

a) resolvuntur in vocalem longam simplicem: w cum ŭ antecedente in ū, ut سَرُوتَ sarûta, pro سَرُوْتَ saruwta; j cum ĭ antecedente in ī, رَضِيتَ raḍîta, pro رَضِيْتَ raḍijta, ex رَضِيَ pro رَضِوَ (cf. 189 I. et 191).

b) In diphthongum: w cum ă antecedente in au, ut غَزَوْتَ gazauta pro gazawta, j cum ă antecedente in ai, ut رَمَيْتَ ramaita, pro ramajta.

2) Ubi syllabas non ex origine finiunt, sed vocali brevi finali abjectâ, in vocales longas simplices resolvuntur. Ita mutantur ăwă, ăjă et ăjŭ in aw et aj, haec autem in ā, hoc tamen discrimine, ut legitime pro ـَوَ scribatur ـَا, pro ـَيَ et ـَيُ: ـَى, ut غَزَا pro غَزَوَ, رَمَى pro رَمَيَ, يَغْزَى pro يَغْزَيُ et يَرْمَى pro يَرْمَيُ; ŭwŭ in ŭw, hoc autem in ū, ut يَغْزُو, يَسْرُو pro يَغْزُوُ, يَسْرُوُ; ĭjŭ in ĭj, hoc autem in ī, ut يَرْمِي pro يَرْمِيُ.

191. Tertiam radicalem w inter ĭ — ă et ĭ — ā in j transire, 189, I. dictum est. Postquam autem j hoc modo in tertia persona masculina singularis perfecti introductum est, per totam conjugationem, ubi et quatenus secundum eas, quas exposuimus, leges fieri potest, locum suum obtinet. Ita a رَضِيَ pro رَضِوَ fit رَضِيَا, رَضِيتَ, يَرْضَى, إِرْضَى, تَرْضَيْنَ; a غُزِيَ fit غُزِيَتَا, غُزِيتَ etc. Praeterea per omnes formas derivatas ultima radicalis و in ى mutatur.

192. In nominibus patientis formae primae verborum tertiae و (مَفْعُولٌ) dimidia pars Dammae productae *) literam و antecedentis in و mutata cum tertia radicali coalescit, altera pars vocalis correpta manet, ut مَغْزُوٌّ pro مَغْزُووٌ. — In iisdem nominibus verborum tertiae ى dimidia pars Dammae productae primum in و, deinde vi tertiae radicalis in ى mutatur; quae litera cum tertia radicali conjuncta efficit, ut Damma mediae radicalis in Kèsram transeat, ut مَرْمِيٌّ pro مَرْمُوىٌ.

De verbis dupliciter et tripliciter infirmis.

193. Verborum dupliciter infirmorum (140) duo sunt genera plures species complectentia. — Alterum genus eorum est, quae in radicalium numero simul Èlif hèmzatum et literam و aut ى habent, verba simul hèmzata et sensu strictiore infirma; alterum genus ex iis constat, in quorum radicalibus litera و aut ى bis est, verba dupliciter infirma sensu strictiore.

Adnot. Verba dupliciter hèmzata non inveniuntur in lingua Arabica.

194. Verborum, quae simul hèmzata et sensu strictiore infirma sunt pro loco, quem و et ى in radice tenent, tres species sunt:

1) verba hèmzata et primae radicalis و aut ى;
2) verba hèmzata et secundae radicalis و aut ى;
3) verba hèmzata et tertiae radicalis و aut ى.

195. Prima species, quae secundum locum, quem Hèmza in verbo occupat, in duas classes dividitur, in verba secundae hèmzatae et primae و aut ى, ut وَأَرَ *terruit*, et in verba tertiae hèmzatae et primae و aut ى, ut وَدَأَ *aequavit*, وَطِئَ *conculcavit*, in declinatione verba primae و aut ى et verba secundae vel tertiae hèmzatae simul sequitur. Ita impff. horum verbb. haec sunt: يَئِرُ, يَدَأُ, يَطَأُ; vid. 147. 149. et 158. 160.

Adnot. Imperfectum verbi يَئِسَ *desperavit* est يَيْأَسُ, يَيْئِسُ et يَئِسُ, imperat. ejusdem verbi إِيْأَسْ et إِيْئِسْ.

---

*) Vocalis longa duas breves aequat.

196. Secunda species et ipsa secundum locum, quem Hèmza in radice habet, in duas classes dividitur, in verba primae hèmzatae et secundae و aut ى, ut آبَ pro أَوَبَ *reversus est,* آلَ pro أَوَلَ *rediit,* et in verba tertiae hèmzatae et secundae و aut ى, ut سَآءَ pro سَوَءَ *male fecit,* جَآءَ pro جَيَأَ *venit,* شَآءَ pro شَيَءَ *voluit.* Prior classis in declinatione proprietates verborum primae hèmzatae et secundae و et ى, posterior quae verbis tertiae hèmzatae et secundae و aut ى propria sunt conjungit, ut

	I	II
Pf. 3 p.	آبَ	سَآءَ ,جَآءَ ,شَآءَ
2 p.	أُبْتَ	سُؤْتَ ,جِئْتَ ,شِئْتَ
Impf.	يَؤُوبُ	يَسُوءُ ,يَجِيءُ ,يَشَآءُ
Impt.	أُبْ	سُؤْ ,جِئْ ,شَأْ
Pf. Pass.	إِيبَ	سِيءَ ,جِيءَ ,شِيءَ

197. Tertia species, quae ut prima et secunda pro sede, quam Hèmza in verbo tenere potest, in duas classes dividitur, in verba primae hèmzatae et tertiae و aut ى, ut أَتَى *venit,* أَبَى *recusavit,* أَدَى *spissatus est,* et in verba secundae hèmzatae et tertiae و aut ى, ut نَأَى *procul fuit,* ad modum verborum mediae et ultimae hèmzatae et verborum tertiae و aut ى simul declinatur, ut

I أَتَى ,أَتَتْ ,أَتَيْتَ ,يَأْتِي ,إِئْتِ;

II نَأَى ,نَأَتْ ,نَأَيْتَ ,يَنْأَى ,إِنْأَ.

Adnot. Imperativus verbi أَتَى haud raro in تِ contrahitur; pro qua forma in fine orationis تِهْ scribi solet. Idem fit in omnibus iis verborum ejusdem speciei imperativis, qui ex una litera constant, ut رَهْ pro رَ *vide,* impt. verbi رَأَى *vidit.*

198. Èlif hemzatum verbi رَأَى in imperfecto et imperativo commoditatis causa paene semper eliditur. Conspectum praecipuarum formarum imperf. et imperat. verbi رَأَى haec tabula exhibet.

Imperfectum

	Indicat.	Subjunct.	Juss.	Energ.
S. 3 p. m.	يَرَى	يَرَى	يَرَ	يَرَيَنَّ
3 p. f.	تَرَى	تَرَى	تَرَ	تَرَيَنَّ
2 p. m.	تَرَى	تَرَى	تَرَ	تَرَيَنَّ
2 p. f.	تَرَيْنَ	تَرَيْ	تَرَيْ	تَرَيِنَّ
1 p. c.	أَرَى	أَرَى	أَرَ	أَرَيَنَّ
D. 3 p. m.	يَرَيَانِ	يَرَيَا	يَرَيَا	يَرَيَانِّ
3 p. f.	تَرَيَانِ	تَرَيَا	تَرَيَا	تَرَيَانِّ
2 p. c.	تَرَيَانِ	تَرَيَا	تَرَيَا	تَرَيَانِّ
P. 3 p. m.	يَرَوْنَ	يَرَوْا	يَرَوْا	يَرَوُنَّ
3 p. f.	يَرَيْنَ	يَرَيْنَ	يَرَيْنَ	يَرَيْنَانِّ
2 p. m.	تَرَوْنَ	تَرَوْا	تَرَوْا	تَرَوُنَّ
2 p. f.	تَرَيْنَ	تَرَيْنَ	تَرَيْنَ	تَرَيْنَانِّ
1 p. c.	نَرَى	نَرَى	نَرَ	نَرَيَنَّ

Imperativus

	Simplex	Energicus
S. m.	رَ sive رَهْ vid. 197. Adn. a.	رَيَنَّ
f.	رَيْ	رَيِنَّ
D. c.	رَيَا	رَيَانِّ
P. m.	رَوْا	رَوُنَّ
f.	رَيْنَ	رَيْنَانِّ

Adnot. *a.* Perfectum verbi رَأَى Hèmzam suam paene semper servat.

Adnot. *b.* Pf. pass. verbi رَأَى est رُئِىَ ut رُمِىَ. In impf. eodem quo in activo modo Èlif elidi potest, ut يُرَى pro يُرْأَى.

Adnot. In quarta forma, si monstrandi significationem habet, Elif verbi رَأَى semper eliditur, ut

أَرَى, أَرَتْ, أَرَيْتَ, يُرِى, أَرِ.

199. Verba dupliciter infirma sensu strictiore in duas species dividuntur, in verba, quorum prima et tertia radicalis est litera و aut ى, ut وَقَى *servavit,* وَجِى *laboravit ex ungula* equus, et in verba quorum secunda et tertia radicalis و aut ى est, ut شَوَى *assavit,* قَوِىَ *validus fuit,* حَيِىَ pro حَيِوَ *vixit.*

200. Prior species in declinatione verba primae et tertiae و aut ى simul sequitur, ut

وَقَى, وَقَتْ, وَقَيْتَ, يَقِى, قِ sive قِهْ vid. 197. Adn. a.

وَجِىَ, وَجِيَتْ, وَجِيتَ, يَوْجَى, إِيجَ pro إِوْجَ.

201. In posteriore specie media radicalis nulli mutationi obnoxia est, ut

شَوَى, شَوَتْ, شَوَيْتَ, يَشْوِى, إِشْوِ

قَوِىَ, قَوِيَتْ, قَوِيتَ, يَقْوَى, إِقْوَ

حَيِىَ, حَيِيَتْ, حَيِيتَ, يَحْيَا, إِحْىَ

Adnot. *a.* Scribitur يَحْيَا, non يَحْيَى, ne duo ى concurrant et ut impf. verbi حَيِىَ a nomine proprio يَحْيَى *Johannes* discernatur.

Adnot. *b.* Verbum حَىَّ admittit 1) contractionem duorum j in iis personis perf. formae primae, in quibus j posterius vocalem habet, ut حَىَّ pro حَيِىَ, item in nom. act. formae secundae, تَحِيَّةٌ pro تَحْيِيَةٌ; 2) elisionem j posterioris in imperfecto formae primae, يَحَى pro يَحْيَا, et in utroque tempore formae decimae, ٱسْتَحَى pro ٱسْتَحْيَى, يَسْتَحِى pro يَسْتَحْيِى.

202. Verborum tripliciter infirmorum duo genera sunt. Alterum genus eorum est, quae dupliciter infirma sensu strictiore et simul hèmzata sunt; alterum autem eorum, quorum unaquaeque radicalis una ex literis و et ى est.

Adnot. Genus posterius, quum ex duobus tantum verbis rarissimis ac paene nullius usus constet, missum facimus.

203. Verborum dupliciter infirmorum sensu strictiore et simul hèmzatorum duae sunt species. Prior eorum est, quorum Hèmza primum locum in radice tenet, ut أَوَى *se recepit*, posterior eorum, quorum Èlif media radicis litera est, ut وَأَى *promisit.* Illa species in declinatione verba أَثَرَ (vid. 147—154) et شوى (vid. 201) sequitur, ut

أَوَى , أَوَتْ , أَوَيْتَ , يَأْوِى , إِيوِ ,

haec eadem ratione flectitur, qua verba سَأَلَ (vid. 147—155) et وَقَى (vid. 200), in hunc modum:

		Perfectum	Imperfectum Ind.	Subj.	Iuss.
S.	3 m.	وَأَى	يَإِى	id.	يَإِ
	3 f.	وَأَتْ	تَإِى	id.	تَإِ
	2 m.	وَأَيْتَ	تَإِى	id.	تَإِ
	2 f.	وَأَيْتِ	تَإِينَ	تَإِى	id.
	1 c.	وَأَيْتُ	أَإِى	id.	أَإِ
D.	3 m.	وَأَيَا	يَإِيَانِ	يَإِيَا	id.
	3 f.	وَأَتَا	تَإِيَانِ	تَإِيَا	id.
	2 c.	وَأَيْتُمَا	تَإِيَانِ	تَإِيَا	id.
P.	3 m.	وَأَوْا	يَأُونَ	يَأُوا	id.
	3 f.	وَأَيْنَ	يَإِينَ	id.	id.
	2 m.	وَأَيْتُمْ	تَأُونَ	تَأُوا	id.
	2 f.	وَأَيْتُنَّ	تَإِينَ	id.	id.
	1 c.	وَأَيْنَا	نَإِى	id.	نَإِ

Imperativus.

Sing. Masc.	Sing. Fem.	Dual. Comm.	Plur. Masc.	Plur. Fem.
إِ sive إِهْ	إِى	إِيَا	أُوا	إِينَ

Appendix prior.

1. De Verbo لَيْسَ.

204. Verbum negativum لَيْسَ, *non fuit, non est,* quod imperfecto caret, in declinatione verbis mediae و et ى similis est, ut hoc ejus paradigma docet:

	Singul.			Dual.			Plural.		
	Masc.	Comm.	Fem.	Masc.	Comm.	Fem.	Masc.	Comm.	Fem.
3p.	لَيْسَ	....	لَيْسَتْ	لَيْسَا	....	لَيْسَتَا	لَيْسُوا	....	لَسْنَ
2p.	لَسْتَ	....	لَسْتِ	....	لَسْتُمَا	....	لَسْتُمْ	....	لَسْتُنَّ
1p.	....	لَسْتُ	....	....	....	....	....	لَسْنَا	....

Adnot. *a.* لَيْسَ est Hebraeorum יֵשׁ cum negatione لَا.

Adnot. *b.* Pro لَيْسَ interdum etiam لَاتَ obvium est, quod vocabulum omnino non declinatur. لَاتَ respondet Aramaico לָאִית.

2. De verbis laudis et vituperii.

205. Verba ab Arabibus أَفْعَالُ ٱلْمَدْحِ وَٱلذَّمِّ, *verba laudis et vituperii*, dicta, نِعْمَ *bonus fuit* et بِئْسَ *malus fuit*, quae exclamationi inserviunt, neque cum sueta verborum forma conveniunt, neque omnino declinari solent. Formantur tamen a masculinis نِعْمَ et بِئْسَ feminina نِعْمَتْ et بِئْسَتْ, interdum dual. نِعْمَا, plur. نِعْمُوا.

Adnot. Pro نِعْمَ pronuntiatur etiam نِعِمَ, نَعْمَ, نَعِمَ, atque hanc ultimam formam primitivam esse apparet. Itidem بِئْسَ ex بَئِسَ ortum est.

3. De formis admirativis.

206. Quae ab Arabibus أَفْعَالُ ٱلتَّعَجُّبِ, *verba admirationis*, appellantur, duas formas habent: altera, specie tertiam personam masculinam singularis perfecti formae quartae referens,

semper particulam مَا praemittit et accusativum nominis sibi subjungit, ut مَا أَفْضَلَ زَيْدًا, *quam praestans est Zeid!* altera specie singularem masculinum imperativi ejusdem formae referens, semper praepositionem بِ cum genitivo nominis assumit, ut أَفْضِلْ بِزَيْدٍ, *quam praestans est Zeid!*

Adnot. a. Ab iis verbis, quae ex triliteris orta sunt, formae admirativae raro ducuntur, a quadriliteris eorumque derivatis nunquam. A verbis med. gem. et infirmis ductae horum declinationem sequuntur, ut مَا أَشَدَّ أَبَاهُ et أَشْدِدْ بِأَبِيهِ, *quam validus est pater ejus*, مَا أَعْمَى عَمْرًا et أَعْمِ بِعَمْرٍو, *quam caecus est Amr!* a verbis med. و et ى ductae declinationem verbi firmi, ut مَا أَقْوَلَهُ et أَقْوِلْ بِهِ, *quam loquax est!*

Adnot. b. Formae admirativae omnino non declinantur.

Appendix posterior.

De suffixis verborum accusativum denotantibus.

207. Pronomina suffixa verborum accusativum denotantia haec sunt:

Singularis.

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers. هُ *eum*	. . . .	هَا *eam*
2 pers. كَ *te* (virum)	. . . .	كِ *te* (feminam)
1 pers.	نِى *me*	. . . .

Dualis

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	هُمَا *eos, as, duos, as*	. . . .
2 pers.	كُمَا *vos duos, as*	. . . .
1 pers.	. . . .	. . . .

Pluralis

	Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	هُمْ *eos*	. . . .	هُنَّ *eas*
2 pers.	كُمْ *vos* (viros)	. . . .	كُنَّ *vos* (feminas)
1 pers.	. . . .	نَا *nos*	. . . .

Adnot. *a*. Eaedem formae pronominales nominibus suffixae genitivo denotando inserviunt. Excipe formam primae pers. نِي, cujus loco nominibus forma ـِي suffigitur.

Adnot. *b*. Ḍamma suffixorum tertiae personae هُ, هُمَا, هُمْ, هُنَّ post Kèsram vel brevem vel longam (ـِي) et diphthongum ai (ـَيْ) in Kèsram mutatur, ut يَأْتِيهِ, يَأْتِيهِمْ *veniet ad eum, eos*, إِئْتِهِمَا, إِئْتِهِنَّ *veni ad illos duos, ad illas*, تَرْضَيْهِ *tu* (femina) *eum gratum habeas*.

Adnot. *c*. ي suffixi primae pers. interdum abjicitur, ut إِتَّقُونِ pro إِتَّقُونِي *timete me*.

208. Nonnullae formae verbi pronominibus suffixis ad eas accedentibus paullulum immutantur:

1) Eae verbi formae, quae Elif otioso terminantur (7. *Adnot*. 94. 3) 109.) ante pronomina suffixa hanc literam, utpote non amplius necessariam (ponebatur enim, ne Waw in scriptura continua pro copula و haberetur), abjiciunt, ut نَصَرُوا *adjuverunt*, نَصَرُونِي *adjuverunt me*.

2) Secunda pers. plur. masc. perf. ante pronomina suffixa cacophoniae evitandae causa Ḍammam productam, in quam antiquitus exiisse videtur, recuperat, ut رَأَيْتُمْ *vidistis*, رَأَيْتُمُوهُمْ *vidistis eos*.

3) Secunda et tertia pers. plur. masc. imperf. interdum syllabam ـَنْ, qua terminantur, ante suffixa نِي et نَا abjiciunt, ut تَأْمُرُونِي pro تَأْمُرُونَنِي *jubetis me*, تَقْتُلُونَا pro تَقْتُلُونَنَا *odistis nos*.

4) ى tertiae pers. sing. masc. perf. verborum tertiae ى ante suffixa aeque in ا mutari ac servari potest, ut رَمَاهُ et رَمَيَهُ *projecit illud.* Vid. 7. *Adnot. c.*

209. Una verbi forma duo suffixa assumere potest, modo ne eandem personam denotent. Ubi alterum suffixum primae personae, alterum secundae aut tertiae est, illud propius post verbi formam ponitur; item, ubi alterum secundae, alterum tertiae personae est, illud priorem post verbi formam locum obtinet, ut أَعْطَانِيكَ *dedit mihi te,* يَكْفِيكَهُمْ *sufficiet tibi contra illos.*

Adnot. Suffixum كُمْ, ubi alterum id sequitur suffixum, Dammam productam adsciscit, ut يُرِيكُمُوهُمْ *ostendit vobis eos.* (Cf. 208. 2).

210. Pronomina suffixa accusativum denotantia interdum non cum verbi formis, sed cum voce إِيَّا, quae separatim posita non reperitur, conjunguntur. Pronomina ex hac conjunctione orta haec sunt:

Singularis

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers. إِيَّاهُ *eum*	. . . .	إِيَّاهَا *eam*
2 pers. إِيَّاكَ *te* (virum)	. . . .	إِيَّاكِ *te* (feminam)
1 pers.	إِيَّايَ *me*	. . . .

Dualis

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers.	إِيَّاهُمَا *eos, as duos, as*	. . . .
2 pers.	إِيَّاكُمَا *vos duos, as*	. . . .
1 pers.	. . . .	. . . .

Pluralis

Masculinum	Commune	Femininum
3 pers. إِيَّاهُمْ *eos*	. . . .	إِيَّاهُنَّ *eas*
2 pers. إِيَّاكُمْ *vos* (viros)	. . . .	إِيَّاكُنَّ *vos* (feminas)
1 pers.	إِيَّانَا *nos*	. . . .

Adnot. Pronomina voci إِيَّا suffixa cum pronominibus verbo suffixis pronomine primae pers. sing. excepto formâ prorsus conveniunt. Pronomen primae pers. sing. non, ut exspectes, إِيَّانِى, sed إِيَّاىَ sonat, ut semper suffixum primae pers. sing. jă est, non î, post nomina in â exeuntia. Itaque ـىَ, non ـنِى, voculae إِيَّا suffixum eam nomen esse et pronomina ei suffixa genitivum denotare indicat. Vid. Appendix ad caput de nominibus substantivis et adjectivis.

211. Pronomina suffixa voculae إِيَّا annectuntur

1) non semper quidem (vid. 209), saepissime tamen ubi duo suffixa verbo annectenda essent, ut أَعْطَانِى إِيَّاهُ pro أَعْطَانِيهِ *dedit mihi illum*;

2) ubi pronomen cum emphasi pronuntiandum ideoque verbo praemittendum est, ut إِيَّاكَ نَعْبُدُ وَإِيَّاكَ نَسْتَعِينُ *te* (nullum alium praeter te) *colimus et te adjutorem imploramus*. Cf. hebraicum illud הַאוֹתִי לֹא־תִירָאוּ.

Adnot. *a.* Non suffixum propius, sed suffixum remotius a verbo positum voculae إِيَّا annectitur.

Adnot. *b.* Summa emphasis inest in pronomine suffixo cum إِيَّا verbi formae praemisso eidemque annexo, ut وَإِيَّاىَ فَٱتَّقُونِى *me, timete igitur me*, i. e. *me, me timete*.

II. De nomine.

---

212. *Nomen*, إِسْمٌ, in sex species dividitur:

1) *nomen substantivum*, إِسْمٌ sensu eximio, s. مَوْصُوفٌ, *qualificabile*, i. e. cui nomen adjectivum subjungi potest;

2) *nomen adjectivum*, صِفَةٌ, *qualitas*;

3) *nomen numerale*, إِسْمُ ٱلْعَدَدِ, *nomen numeri*;

4) *nomen demonstrativum*, إِسْمُ ٱلْإِشَارَةِ, *nomen monstrationis*, i. e. *nomen, quo aliquis* vel *aliquid monstratur*;

5) *nomen conjunctivum*, مَوْصُولٌ إِسْمِيٌّ, *copula nominalis*;

6) *pronomen*, إِسْمٌ مُضْمَرٌ sive ضَمِيرٌ, *nomen in mente inclusum*, *latens*, sive كِنَايَةٌ, *metonymia*.

Adnot. De pronominibus partim in iis, quae de verbo diximus, jam disputatum est (84—92. 207—11), partim absolutis iis, quae de nominibus substantivis et adjectivis dicemus, disputabitur. — De nominibus numeralibus, demonstrativis et conjunctivis post expositam substantivorum et adjectivorum rationem suis capitibus agetur. — Nomina substantiva et adjectiva, utpote quibus paene omnia communia sint, conjunctim tractabimus.

A. *De nominibus substantivis et adjectivis.*

1. De derivatione nominum substantivorum et adjectivorum et de variis eorum formis.

213. Nomina substantiva et adjectiva ratione *originis* dividuntur in *primitiva*, ut رَجُلٌ *vir*, فَرَسٌ *equus*, عَيْنٌ *oculus*, مَآءٌ *aqua*, et in *derivata*. Nomina derivata sunt vel *deverbalia* i. e. a verbis derivata, ut تَقْسِيمٌ divisio, a قَسَمَ *divisit*, مِفْتَاحٌ *clavis*, a فَتَحَ *aperuit*, مَرِيضٌ *aeger* a مَرِضَ *aeger fuit*, vel *denominativa*, i. e. a nominibus ducta, ut مَأْسَدَةٌ *locus leonibus abundans* ab أَسَدٌ *leo*, إِنْسَانِيٌّ *humanus* ab إِنْسَانٌ *homo*,

كُلَيْبٌ *canicula* a كَلْبٌ *canis*. Serius nomina significationis subtilioris etiam a pronominibus et particulis ducta sunt, quae *departiculativa* appellare licet, ut أَنَانِيَّةٌ *egoismus*, ab أَنَا *ego*, كَيْفِيٌّ *qualitativus* et كَيْفِيَّةٌ *qualitas*, a كَيْفَ *quomodo?*

Adnot. In lexicis Arabicis ordine etymologico dispositis saepe nominibus primitivis verbum tanquam etymon praeponitur, sed hujus significatione cum significatione nominis accurate comparata haud raro verbum a nomine ductum esse patet. Ita nomen مَآءٌ *aqua* non est derivandum a verbo مَاهَ *aqua scatuit* puteus, quod tanquam radix ejus in lexicis sistitur, sed contra verbum مَاهَ ducendum est a nomine مَآءٌ.

214. Nomina derivata deverbalia in duas potissimum species dividuntur:

1) *nomina verbi* أَسْمَآءُ ٱلْفِعْلِ,
2) *nomina agentis* أَسْمَآءُ ٱلْفَاعِلِ et *patientis* أَسْمَآءُ ٱلْمَفْعُولِ.

Illa species nomina per se substantiva, haec vel substantiva vel adjectiva complectitur.

215. Ad nomina verbi hae quatuor species nominum derivatorum deverbalium accedunt:

1) *nomina vicis* أَسْمَآءُ ٱلْمَرَّةِ,
2) *nomina speciei* أَسْمَآءُ ٱلنَّوْعِ,
3) *nomina loci et temporis* أَسْمَآءُ ٱلْمَكَانِ وَٱلزَّمَانِ, etiam أَسْمَآءُ ٱلظَّرْفِ *nomina vasis* dicta,
4) *nomina instrumenti* أَسْمَآءُ ٱلْآلَةِ.

216. Nomina derivata denominativa in has sex species dividuntur:

1) *nomen unitatis* sive *individualitatis* إِسْمُ ٱلْوَحْدَةِ,
2) *nomen abundantiae* sive *multitudinis*, إِسْمُ ٱلْكَثْرَةِ,
3) *nomen vasis* إِسْمُ ٱلْوِعَآءِ,
4) *nomen adjectivum relativum*, ٱلْإِسْمُ ٱلْمَنْسُوبُ, etiam نِسْبَةٌ, *relatio*, dictum,
5) *nomen abstractum qualitatis*,

6) *nomen deminutivum*, إِسْمٌ مُصَغَّرٌ, etiam تَصْغِيرٌ, *deminutio*, dictum.

a. De nominibus derivatis deverbalibus.

α) De nominibus verbi.

217. Nomina verbi, أَسْمَآءُ ٱلْفِعْلِ, sunt nomina abstracta, quibus actio vel passio vel status per verbum, a quo ducuntur, expressa nulla subjecti, objecti et temporis ratione habita indicantur.

Adnot. Nomen verbi etiam مَصْدَرٌ, *fons*, *principium*, et quidem eam ob caussam vocatur, quod Grammatici Arabici ex hac forma et notione simplici formas et notiones compositas totius verbi finiti ducunt.

218. Nomina verbi a forma primitiva verbi triliteri derivata haec sunt:

1.	فَعْلٌ	13.	فَعَلَةٌ	25.	فَعَلَانٌ
2.	فُعْلٌ	14.	فَعِلَةٌ	26.	فَعُولٌ
3.	فِعْلٌ	15.	فَعَالَةٌ	27.	فَعِيلٌ
4.	فِعَلٌ	16.	فُعَالَةٌ	28.	فَعِلٌ
5.	فُعَلٌ	17.	فِعَالَةٌ	29.	فَعِلَةٌ
6.	فَعَلٌ	18.	فَعْلَى	30.	فُعُولٌ
7.	فَعَالٌ	19.	فُعْلَى	31.	فَعُولَةٌ
8.	فُعَالٌ	20.	فِعْلَى	32.	فُعُولَةٌ
9.	فِعَالٌ	21.	فَعَلَى	33.	مَفْعَلٌ
10.	فَعْلَةٌ	22.	فَعْلَانٌ	34.	مَفْعَلَةٌ
11.	فُعْلَةٌ	23.	فُعْلَانٌ	35.	مَفْعِلٌ
12.	فِعْلَةٌ	24.	فِعْلَانٌ	36.	مَفْعِلَةٌ.

219. Noli putare, omnia haec nomina verbi ab uniuscujusque verbi forma primitiva derivari; unum tantum vel pauca nomina

unumquodque verbum habet, et, quae habeat, in lexicis indicata invenies.

220. Frequentissimi usus eamque ob caussam scitu necessariae hae quinque nominum verbi formae sunt:

1. فَعْلٌ 6. فَعَلٌ 15. فَعَالَةٌ 30. فُعُولٌ 32. فُعُولَةٌ.

1) فَعْلٌ est nomen abstractum verborum transitivorum formarum فَعَلَ et فَعِلَ, ut قَتَلَ *interfecit*, قَتْلٌ *actio* aut *passio* (223) *interficiendi, interfectio,* فَهِمَ *intellexit,* فَهْمٌ *actio* aut *passio intelligendi*, *intellectus.*

2) فَعَلٌ est nomen abstractum verborum intransitivorum formae فَعِلَ (38. 105.), ut فَرِحَ *laetatus est*, فَرَحٌ *laetitia,* مَرِضَ *aegrotavit*, مَرَضٌ *morbus.*

3) فُعُولَةٌ et فَعَالَةٌ sunt nomina abstracta verborum mediae Ḍammae, ut سَهُلَ *facilis fuit,* سُهُولَةٌ et سَهَالَةٌ *facilitas,* خَشُنَ *asper fuit*, خُشُونَةٌ *asperitas,* سَرُوَ *liberalis fuit,* سَرَاوَةٌ *liberalitas.*

4) فُعُولٌ est nomen abstractum verborum intransitivorum formae فَعَلَ, ut قَعَدَ et جَلَسَ *sedit,* قُعُودٌ et جُلُوسٌ *actio* aut *status sedendi.*

Adnot. Nomina abstracta verborum *fugam* et *detrectationem* denotantium formae فِعَالٌ esse solent, verborum *morbum* aut *infirmitatem* exprimentium formae فُعَالٌ, verborum *motum incitatiorem et diuturniorem* indicantium formae فَعَلَانٌ, verborum *actionem eundi* significantium formae فَعِيلٌ, verborum *sonandi et clamandi* formae فُعَالٌ et فَعِيلٌ, verborum denique *munus* aut *artem* aut *quaestum* indicantium formae فِعَالَةٌ; ut نِفَارٌ a نَفَرَ *aufugit,* إِبَآءٌ ab أَبَى *recusavit*; سُعَالٌ a سَعَلَ *tussivit;* طَيَرَانٌ a طَارَ *volavit;* رَحِيلٌ a رَحَلَ *profectus est*; نُعَابٌ et نَعِيبٌ a نَعَبَ *crocitavit*; خِلَافَةٌ a خَلَفَ *successor, ḥalîfa fuit,* كِتَابَةٌ a كَتَبَ *scripsit, scriba fuit,* خِيَاطَةٌ a خَاطَ *suit, acu opus* aut *quaestum fecit.*

221. Ea verba, quorum media radicalis in perfecto vel duabus vel tribus cum vocalibus efferri potest, quaeque seucndum

vocalem, quacum illa effertur, significationem variant, plura nomina habent, quorum unumquodque uni ex eorum formis ejusque significatui respondet. Ita رَفْعٌ est nomen formae رَفَعَ *sustulit*, رَفْعَةٌ et رِفْعَةٌ sunt nomina formae رَفُعَ *elatus fuit*, رَفَاعَةٌ, رُفَاعَةٌ et رِفَاعَةٌ sunt nomina formae رَفُعَ *altae vocis fuit*.

222. Verbum, si unius formae et plurium significationum est, interdum plura nomina habet, quorum unumquodque uni ex ejus significationibus proprium est.

223. Nomina verbi sensu et activo et passivo usurpantur, ut قَتْلَةٌ *caedes, quam ipse perpetravit* et *caedes, quae in eo perpetrata est*, لَا تُفْسِدُوا فِي ٱلْأَرْضِ بَعْدَ إِصْلَاحِهَا, *ne turbas edite in terra postquam bene ordinata est*, فِي هٰذِهِ ٱلسَّنَةِ أَظْهَرَ ٱلْمَأْمُونُ ٱلْقَوْلَ بِخَلْقِ ٱلْقُرْآنِ *hoc anno Mamun professus est sententiam, Qorânum esse creatum.*

Adnot. Sunt etiam nomina verbi significationis semper passivae, ut وُجُودٌ *existentia* a وُجِدَ *inventus est, exstitit.* Nomen activi وَجَدَ *invenit* est وِجْدَانٌ *invenire.*

224. Nomina formarum derivatarum verbi firmi triliteri haec sunt:

II. تَفْعِيلٌ, تَفْعِلَةٌ, تَفْعَالٌ, تِفْعَالٌ, فِعَالٌ فَعَالٌ et فِعَّالٌ

III. مُفَاعَلَةٌ, فِعَالٌ et فِيعَالٌ

IV. إِفْعَالٌ, فَعَالٌ et فَعَالَةٌ

V. تَفَعُّلٌ

VI. تَفَاعُلٌ

VII. إِنْفِعَالٌ

VIII. إِفْتِعَالٌ

IX. إِفْعِلَالٌ

X. إِسْتِفْعَالٌ

XI. إِفْعِيلَالٌ.

Adnot. Ex nominibus formae II. تَفْعِيلٌ frequentissimi usus est; تَفْعِلَةٌ proprium est verbis tert. rad. و et ى. Ex nominibus formae III. مُفَاعَلَةٌ saepissime adhibetur, haud raro tamen

etiam فِعَالٌ. Ex nominibus formae IV. إِفْعَالٌ paene solum usitatum est.

225. Nomina verborum quadriliterorum haec sunt:

I. فِعْلَالٌ et فَعْلَلَةٌ

II. تَفَعْلُلٌ

III. إِفْعِنْلَالٌ

IV. إِفْعِلَالٌ

226. In formandis nominibus verborum mediae geminatae regulae § 135 expositae observandae sunt. Secundum quas regulas مَدْدٌ in مَدٌّ, مَرْدَدٌ in مَرَدٌّ (nom. verbi رَدَّ), تَغْرِرَةٌ in تَغِرَّةٌ (nom. f. II. verbi غَرَّ) contrahuntur.

Adnot. *a.* Ea nomina verborum mediae geminatae, quorum et prima et media radicalis cum Fètha pronuntiatur, non contrahuntur, ut سَدَدٌ, دَبَبٌ, عَلَلٌ, غَصَصٌ.

Adnot. *b.* Nomina formarum III. et IV. aeque contrahi possunt ac non contrahi, ut مُمَادَّةٌ et مُمَادَدَةٌ, تَمَادٌّ et تَمَادُدٌ.

227. In formandis nominibus verborum hèmzatorum Arabes plane easdem, quas in ipsis his verbis declinandis, sequuntur regulas (147—152).

228. Nomina eorum verborum primae و, quorum و in imperfecto et imperativo ejicitur et abjicitur (158. 160), et ipsa primam radicalem amittunt, ut

عِدَةٌ a وَعَدَ impf. يَعِدُ impt. عِدْ
عِظَةٌ . . . وَعَظَ . . . . يَعِظُ . . . . عِظْ
دَعَةٌ . . . وَدَعَ . . . . يَدَعُ . . . . دَعْ
زِنَةٌ . . . وَزَنَ . . . . يَزِنُ . . . . زِنْ
دِيَةٌ . . . وَدَى . . . . يَدِى . . . . دِ.

Terminatio ـَةٌ, qua nomina horum verborum instructa sunt, primam radicalem abjectam compensat.

Adnot. *a.* Haud pauca tamen eorum verborum primae و, quae hanc literam in imperfecto amittunt, nomina formae فَعْلٌ habent, ut وَجَرَ impf. يَجِرُ, nom. verbi وَجْرٌ, وَجَنَ impf. يَجِنُ, nom.

verbi وَجْن; aliorum talium verborum nomina et hujus et formae anomalae sunt, ut وَضْع et ضَعَةٌ vel ضِعَةٌ a وَضَعَ, وَزْن et زِنَةٌ a وَزَنَ, وَعْد et عِدَةٌ a وَعَدَ.

Adnot. *b.* In nominibus verborum primae و haec litera, ubi Ǵèzmâ instructam Kèsra antecedit, in ى mutatur, ut إِيجَابٌ pro إِوْجَابٌ nom. f. IV. verbi وَجَبَ, إِسْتِيفَآءٌ pro إِسْتِوْفَآءٌ nomen f. X. verbi وَفَى; cf. 161.

229. Nomina a verbis mediae و et ى derivata in iisdem, in quibus verba eorum a verbis firmis discedunt, ab horum verborum nominibus differunt.

230. Ubi nomen verborum mediae و et ى formam فَعْل habet, literae radicales و et ى servantur, ut قَوْل, سَيْر.

231. Litera و, ubi cum Fètha pronuntiatam Kèsra antecedit, in ى mutatur, ut قِيَامٌ pro قِوَامٌ, nom. verbi قَامَ, صِيَانَةٌ pro صِوَانَةٌ nom. verbi صَانَ, إِنْقِيَادٌ pro إِنْقِوَادٌ a forma إِنْقَادَ, quae est f. VII. verbi قَادَ.

232. Verbis mediae و et ى peculiaris est forma nominis فَعْلُولَةٌ. Qua in forma locum secundae radicalis semper litera ى tenet, ut دَيْمُومَةٌ, a دَامَ ex دَوَمَ, بَيْنُونَةٌ a بَانَ ex بَيَنَ, غَيْبُوبَةٌ a غَابَ ex غَيَبَ.

233. Nomina f. IV. et X. verborum mediae و et ى ab analogia sic recedunt, ut pro إِقْوَامٌ et إِسْتِقْوَامٌ dicatur إِقَامَةٌ et إِسْتِقَامَةٌ; item pro إِفْيَادٌ et إِسْتِطْيَابٌ dicatur إِفَادَةٌ et إِسْتِطَابَةٌ.

234. In nominibus verborum tertiae و et ى ultima radicalis, ubi eam media radicalis Ǵèzmâ notata proxime antecedit, servatur, ut غَزْوٌ, رَمْيٌ, لَقْيٌ, رِضْوٌ, رِضْوَانٌ.

235. In iis nominibus verborum tertiae و et ى, quae formae فُعَلٌ, فَعَلٌ et فِعَلٌ sunt, ultima radicalis, ubi ى est, Ḍammâ suâ abjectâ et nunatione in Fètham mediae radicalis rejectâ, ubi و est, insuper in ى mutata quiescit, ut هُدًى pro هُدَيٌ, رِضًى pro رِضَيٌ et hoc pro رِضَوٌ, لَقًى pro لَقَيٌ et hoc pro لَقَوٌ. Cf. 189 3).

236. In iis nominibus verborum tertiae و, quae formam فَعَلَةٌ habent, و Fèthâ suâ abjectâ in ا productionis mutatur, ut صَلَاةٌ pro صَلَوَةٌ, حَيَاةٌ pro حَيَوَةٌ.

Adnot. *a.* Scribitur tamen etiam etymologiae respectu habito haud raro صَلٰوةٌ et حَيٰوةٌ vel صَلَوةٌ et حَيَوةٌ. Vid. 7 *Adnot. c.*

Adnot. *b.* Eodem modo, quo dicitur حَيَاةٌ pro حَيَوَةٌ, pro مَرْضِيَةٌ dicitur مَرْضَاةٌ, pro مَرْثِيَةٌ: مَرْثَاةٌ.

237. Ubi nomina verborum tertiae و formae فُعُولٌ et فُعُولَةٌ sunt, dimidia pars Dammae productae, qua secunda harum formarum litera instructa est, cum ultima radicali in وّ coalescit, altera pars hujus vocalis correpta manet, ut عُلُوٌّ pro عُلُووٌ. — Ubi nomina verborum tertiae ى formam فُعُولٌ et فُعُولَةٌ habent, dimidia pars Dammae productae harum formarum primum in و, deinde vi tertiae radicalis in ى mutatur; quae litera cum ultima radicali coalescens (يّ), ut Damma mediae radicalis in Kèsram transeat efficit, ut رُقِيٌّ pro رُقُويٌ, شُصِيٌّ pro شُصُويٌ. Cf. 192.

238. In iis nominibus verborum tertiae ى, quae formae فَعِيلٌ sunt, dimidia pars Kèsrae productae in ى mutata cum tertiae radicali conjungitur, altera pars brevis manet, ut هَوِيٌّ pro هَوِييٌ a rad. هَوَى, impf. يَهْوِى. — In iisdem nominibus verborum tertiae و ultima radicalis in ى transit et cum dimidiâ parte Kèsrae productae in ى mutatâ in يّ coalescit, ut أَلِيٌّ pro أَلِييٌ et hoc pro أَلِيوٌ a rad. أَلَا, impf. يَأْلُو.

239. In nominibus verbi, quae formarum فَعَالٌ, فِعَالٌ et فُعَالٌ sunt, tertia radicalis verborum ultimae و et ى in Hèmzam mutatur, ut سَرَآءٌ et بُكَآءٌ pro سَرَاوٌ et بُكَايٌ. Idem fit in nominibus verbi ff. IV., VII. et sequentium, ut إِعْطَآءٌ ab أَعْطَى, إِرْتِجَآءٌ ab إِرْتَجَى, إِسْتِدْعَآءٌ ab إِسْتَدْعَى. Caussa literarum و et ى in ا mutatarum est Fètha producta, quae eas antecedit.

β) De nominibus vicis.

240. Actionem semel (مَرَّةٌ) factam Arabes terminatione ـَةٌ nominibus verbi (in forma primitiva verbi triliteri semper nomini

formae فَعْلٌ, in forma primitiva verbi quadriliteri semper nomini formae فِعْلَالٌ) adjectâ indicant, ut نَصْرَةٌ, قَعْدَةٌ, قَوْمَةٌ, دِحْرَاجَةٌ, إِحْزَانَةٌ, إِخْرَاجَةٌ, *actio adjuvandi*, *sedendi*, *standi*, *volvendi*, *contristandi*, *educendi semel facta.* Quae nomina verbi terminatione ـَةٌ aucta أَسْمَآءُ ٱلْمَرَّةِ *nomina unius vicis*, i. e. nomina actionem una vice factam indicantia, appellantur.

Adnot. *a.* Nomina vicis a verbis infirmis derivata in forma primitiva a forma nominum vicis verborum firmorum non discedunt, ut وَعْدَةٌ, قَوْمَةٌ, عَدْوَةٌ, رَمْيَةٌ a وَعَدَ, قَامَ, رَمَى, عَدَا.

Adnot. *b.* Nominibus verbi in ـَةٌ exeuntibus terminatio ـَةٌ suffigi nequit. Quibus, ut actio semel facta indicetur, vox وَاحِدَةٌ *una* adjicitur, ut إِقَامَةٌ وَاحِدَةٌ *actio constituendi semel facta.*

Adnot. *c.* A nominibus vicis dualis et pluralis formari potest, ut نَصْرَتَانِ, نَصَرَاتٌ *actio adjuvandi bis, saepius facta.*

γ) De nominibus speciei.

241. Nomen speciei, إِسْمُ ٱلنَّوْعِ, est nomen verbi formae فِعْلَةٌ actionis speciem indicans, ad quam praedicatum generalius alicui personae vel rei tributum restringitur, ut هُوَ حَسَنُ كِتْبَةٍ *bonus est quod attinet ad modum scribendi* i. e. bene scribit.

Adnot. Nomina speciei a verbis derivatis et quadriliteris ducta a nominibus vicis horum verborum formâ non differunt.

δ) De nominibus loci et temporis.

242. Nomina a grammaticis Arabicis أَسْمَآءُ ٱلظَّرْفِ *nomina vasis* et أَسْمَآءُ ٱلزَّمَانِ وَٱلْمَكَانِ *nomina loci et temporis* (in quo aliqua actio fit aut aliquis status locum habet) appellata ita formantur, ut 1) radici syllaba مَ praefigatur — quâ praefixâ, vocalis primae radicalis abjicitur (cf. 45) —, 2) secunda radicis litera, si in imperfecto Kèsrâ vel Fèthâ instructa est, iisdem cum vocalibus, si in illius temporis forma Dammam sibi superpositam habet, cum vocali Fèthâ efferatur, et 3) locum vocalis literae ultimae radicis nunatio (ـٌ) occupet, ut مَجْلِسٌ

locus, in quo, aut tempus, quo aliqui sedent, locus aut tempus consessus, colloquii, confabulationis a جَلَسَ *consedit, sedit,* impf. يَجْلِسُ; مَشْغَلٌ *locus, in quo, aut tempus, quo quis aliqua re facienda occupatur,* a شَغَلَ *occupavit aliquid faciendo,* impf. يَشْغَلُ; مَكْتَبٌ *schola, in qua ars scribendi docetur et discitur* a كَتَبَ *scripsit,* impf. يَكْتُبُ; مَسْلَخٌ *locus, ubi mactantur et excoriantur animalia* a سَلَخَ *excoriavit animalia,* impf. يَسْلُخُ.

Adnot. *a.* Nomina loci et temporis أَسْمَآءُ ٱلظَّرْفِ dicuntur, quia locus et tempus quasi vas sunt, quo actio vel status continetur.

Adnot. *b.* Duodecim nomina loci et temporis, quorum radix in imperfecto literam secundam Ḍammâ signatam habet, cum Kèsrâ secundae radicalis efferuntur. Sunt autem haec:

مَجْزِرٌ *locus, ubi camelus mactatur.*

مَسْقِطٌ *locus, in quem aliquid cadit.*

مَنْبِتٌ *locus, ubi plantae proveniunt.*

مَرْفِقٌ *locus, ubi quis cubito innititur; cubitus ipse.*

مَغْرِبٌ *locus occasûs solis, occidens.*

مَشْرِقٌ *locus ortûs solis, oriens.*

مَسْجِدٌ *locus adorationis, aedes sacra.*

مَسْكِنٌ *locus ubi habitatur.*

مَفْرِقٌ *is capitis locus, unde crines separantur et in diversas partes abeunt, vertex,* seu *medium capitis.*

مَطْلِعٌ *locus adscensûs.*

مَنْخِرٌ *locus spirationis per nasum, naris.*

مَنْسِكٌ *locus, ubi victima in festo victimarum immolatur.*

Quorum nominum quinque posteriora, et, secundum nonnullos grammaticos, etiam sex priora aeque cum Fèthâ ac cum Kèsrâ mediae radicalis pronuntiari possunt. — Pro مَنْخِرٌ etiam مِنْخِرٌ dicitur.

243. In omnibus nominibus loci et temporis a verbis primae و ductis, etiam in iis, quae a verbis primae و, quorum و in imperfecto excidit (158. 160.), derivata sunt, prima radicalis servatur. Item in iisdem nominibus omnibus secunda radicalis cum Kèsra effertur, ut مَوْعِدٌ *locus aut tempus promissionis, condictus locus, condictum tempus,* a وَعَدَ *promisit,* impf. يَعِدُ; مَوْضِعٌ *locus, in quo aliqua res posita, collocata est, locus,* a وَضَعَ *posuit,* impf. يَضَعُ; مَوْجِهٌ *locus, in quem quis gressum dirigit,* a وَجَهَ *in aliquem locum gressum direxit,* impf. يَوْجَهُ.

244. Nomina loci et temporis a verbis mediae و et ى, quorum prima radicalis in imperfecto cum Ḍammâ vel Fèthâ productâ effertur, derivata secundum regulam § 242 propositam mediam radicalem Fèthâ signatam habent, ita tamen, ut ea (vid. 170. 1. b), vocali suâ in consonantem proxime antecedentem vocali vacuam rejectâ, in ا transeat, ut مَقَامٌ pro مَقْوَمٌ *locus, in quo quis stat, constitutus est,* a قَامَ *stetit,* impf. يَقُومُ; مَغَاصٌ pro مَغْوَصٌ *locus, ubi se demergit urinator,* a غَاصَ *urinatus est,* impf. يَغُوصُ. — Nomm. l. et temp. ducta a verbis mediae ى, quorum prima radicalis in impf. cum Kèsrâ productâ pronuntiatur, mediam radicalem Kèsrâ notatam habent, ita tamen, ut ea (vid. 170. 1. b.), vocali suâ in primam radicalem vocali carentem rejectâ, in ى quiescens mutetur, ut مَصِيرٌ pro مَصْيِرٌ *locus, in quem quis proficiscitur, profectus est,* صَارَ impf. يَصِيرُ.

245. Nomina loci et temporis a verbis tertiae و et ى ducta in iisdem a nomm. l. et temp. verbi firmi recedunt, in quibus ea illorum verborum nomina, quae formarum فُعَلٌ sunt, a nomm. verbi firmi easdem formas habentibus differunt (235.), ut مَنْجًى *locus refugii* pro مَنْجَوٌ a نَجَا *evasit,* مَرْعًى *locus pasturae* pro مَرْعَيٌ a رَعَى *pavit.*

246. Nominibus loci et temporis haud raro terminatio ـَةٌ additur, ut مَقْبَرَةٌ *locus sepulturae, coemeterium,* مَشْرَقَةٌ *locus apricus,* مَغَارَةٌ *locus cavatus, caverna,* مَرْعَاةٌ *locus pasturae.*

Adnot. Ubi nomen loci a verbo firmo ductum terminationem ـَةٌ adciscit, secundae radicali pro Fètha Damma superponi potest, ut مَقْبُرَةٌ *coemeterium.*

247. Nonnulla nomina loci et temporis a verbis primae و ducta formam habent مِفْعَالٌ, quae est una ex formis nominum instrumenti (vid. infr. § 249), ut مِيلَادٌ *tempus nativitatis,* a وَلَدَ, *peperit;* مِيعَادٌ *momentum temporis promissis praestandis destinatum,* a وَعَدَ *promisit;* مِيقَاتٌ *tempus alicui rei faciendae destinatum,* a وَقَتَ *praefinivit certo tempore.*

248. Nomina loci et temporis a formis derivatis et radicibus quadriliteris ducta ita formantur, ut imperfecto generis passivi 1) loco pronominum praefixorum يُ, تُ etc. litera م Dammâ instructa (مُ) praemittatur, et 2) loco terminationis ـُ nunatio adjiciatur, quo fit, ut cum nn. patientis formarum, a quibus ducta sunt, formâ prorsus conveniant, ut أَدْخَلَ *introduxit aliquem,* impf. pass. يُدْخَلُ, مُدْخَلٌ *l., in quem, vel tempus, quo quis introducitur;* إِنْصَرَفَ, impf. pass. يُنْصَرَفُ, مُنْصَرَفٌ *l., in quem, vel temp., quo quis recedit;* صَلَّى *preces fecit,* impf. pass. يُصَلَّى, مُصَلًّى *l. precationis, oratorium;* إِلْتَقَى *occurrit, obviam venit,* impf. pass. يُلْتَقَى, مُلْتَقًى *l., ubi duo pluresve sibi occurrunt.*

ε) De nominibus instrumenti.

249. Nomina instrumentum indicantia, quo quis utitur ad aliquam actionem faciendam, أَسْمَآءُ ٱلْآلَةِ, *nn. instrumenti,* appellata, formarum sunt مِفْعَلٌ, مِفْعَالٌ et مِفْعَلَةٌ, itaque a nn. l. et temp. maxime vocali Kèsrâ differunt, quâ signatam habent م radici praefixam, ut مِقْوَدٌ *habena, qua jumentum ducitur regiturve,* a قَادَ *duxit;* مِفْتَاحٌ et مِفْتَحٌ *instr., quo clausum quid aperitur, clavis,* a فَتَحَ *aperuit;* مِيزَانٌ *libra,* a وَزَنَ *libravit;* مِكْنَسَةٌ *scopae, quibus everritur domus,* a

كَسَحَ *verrit* domum; مِرْقَاةٌ *instr., quo ascenditur, scala*, a رَقِيَ *ascendit.*

Adnot. Pauca quaedam nn. instr. formarum مُفْعُلٌ et مُفْعُلَةٌ sunt, ut مُنْخُلٌ *cribrum*, a نَخَلَ *cribravit*, مُدُقٌّ *instr., quo quid contunditur, malleus ligneus gossipiarii*, a دَقَّ *contudit.*

ζ) De nominibus agentis et patientis.

250. Nomina a grammaticis Arabicis أَسْمَآءُ ٱلْفَاعِلِ, *nomina agentis*, et أَسْمَآءُ ٱلْمَفْعُولِ, *nomina patientis*, dicta non sunt participia, quum per se nullam temporis definiti notionem contineant, sed adjectiva verbalia, i. e. a verbis ducta. Nomina quibus appellantur, neque a sua, neque a verbi, a quo ducuntur, significatione, sed a genere duxerunt, a quo derivantur. Ita v. c. قَآئِمٌ *stans* et مُنْتَظِمٌ *ordinatus*, etsi illud a verbo neutro ductum est, hoc significationem passivam habet, tamen, utpote a genere activo derivata, nomina agentis sunt.

Adnot. Adjectiva verbalia saepissime eodem modo, quo in omnibus linguis, substantiva fiunt.

251. Adjectiva verbalia a forma prima verbi triliteri derivata duarum maxime formarum sunt, فَاعِلٌ et مَفْعُولٌ, quarum illa adjectivis a gen. act. ductis; nn. agentis, haec adjectivis a gen. pass. derivatis, nn. patientis, propria est, ut كَاتِبٌ *scribens*, a كَتَبَ, مَكْتُوبٌ *scriptus, scriptum*, a كُتِبَ; حَاكِمٌ *judicans, judex*, a حَكَمَ; مَوْجُودٌ *quod invenitur, ens existens*, a وُجِدَ.

252. Praeter adjectiva a f. I. verbi triliteri derivata, quae harum duarum formarum principalium sunt, alia reperiuntur, quae sunt formarum فَعْلٌ, فَعَلٌ, فَعِلٌ, فَعِيلٌ, فِعْلٌ, فُعْلٌ, فَعُولٌ, فَعَالٌ, فُعَالٌ, أَفْعَلُ, فَعْلَانُ, فَعْلَانٌ, فُعْلَانُ, فُعْلَانٌ. Quorum adjectivorum plurima a verbis significationis neutrius ducta sunt, ac partim, et quidem maxima ex parte, qualitatem

alicui p. vel r. inhaerentem inque ea constanter manentem (cf. § 38.) exprimunt, partim etiam quandam intensionis notionem habent, ut صَعْبٌ *difficilis* a صَعُبَ *difficilis fuit*, حَسَنٌ *pulcher* a حَسُنَ *pulcher fuit*, وَعِرٌ *incessu difficilis*, رَحِيمٌ *misericors* a رَحِمَ *misertus est alicujus* et شَهِيدٌ *testis, martyr* a شَهِدَ *testatus est*, جِلٌّ *grossus* et دِقٌّ *gracilis*, حُلْوٌ *dulcis*, كَذُوبٌ *mendax* a كَذَبَ *mentitus est* et أَكُولٌ *edax* ab أَكَلَ *edit*, عَجَابٌ et عُجَابٌ *mirabilis*, أَحْمَرُ *ruber* et أَحْدَبُ *gibber*, سَكْرَانُ *ebrius*, نَدْمَانٌ *quem poenitet*, عُرْيَانٌ *nudus*.

Adnot. *a*. Formae فَعِلٌ, فَعِيلٌ et فَعْلَانٌ, necnon forma أَفْعَلُ iis in adjectivis, quae colorem et difformitatem denotant, propriae sunt adjectivis a verbis neutris, quae paradigma فَعِلَ يَفْعَلُ sequuntur, derivatis. A verbis neutris paradigma فَعِلَ يَفْعِلُ sequentibus maxime adjectiva formae أَفْعَلُ ducuntur. Ex verbis neutris, quae paradigmatis فَعُلَ يَفْعُلُ sunt, omnium formarum adjectiva, raro tamen adjectiva formae أَفْعَلُ oriuntur.

Adnot. *b*. Adjectiva formarum فَعُولٌ et فَعِيلٌ a verbis transitivis derivata plerumque significationis passivae sunt, ut قَتِيلٌ *occisus* = مَقْتُولٌ.

Adnot. *c*. Earundem formarum adjectiva, ea maxime, quae formae فَعُولٌ sunt, saepissime vel altum qualitatis, quae subjecto suo inest, gradum, vel actionem a subjecto suo cum intensione factam, vel saepissime iteratam indicant ideoque أَبْنِيَةُ ٱلْمُبَالَغَةِ, *formae intensionis*, appellantur.

253. Ab adjectivo verbali formae فَاعِلٌ aliarumque etiam formarum adjectivis verbalibus adjectivum derivatur formae فَعَّالٌ, quod, adjectivis formarum فَعُولٌ et فَعِيلٌ notione propinquum, primitivorum suorum notioni intensionis vel consuetudinis notionem addit ideoque إِسْمُ مُبَالَغَةٍ, *nomen intensionis*, vocatur, ut آكِلٌ *edens*, أَكَّالٌ *edax*, كَاذِبٌ *qui mentitur*, كَذَّابٌ

qui mentiri solet, mendax, عَالِمٌ *sciens,* عَلَّامٌ *valde doctus,* حَسَنٌ *pulcher,* حَسَّانٌ *perquam pulcher.*

Adnot. *a.* Formae فَعَّالٌ inprimis nomina opificum et artificum sunt, ut خَبَّازٌ *pistor,* خَيَّاطٌ *sartor,* نَجَّارٌ *faber lignarius,* سَقَّآءٌ *aquarius.*

Adnot. *b.* Nonnullis adjectivis hujus formae terminatio ـَةٌ additur, qua intensionis notio, quam habent, etiam augetur, ut عَلَّامٌ *valde doctus,* عَلَّامَةٌ *mirifice doctus.*

254. Ab adjj. verbalibus trium radicalium vel trium radd. et insuper literae productionis adjectiva derivantur formae أَفْعَلُ, quae forma vim comparativi et superlativi Latinorum habet eamque ob caussam إِسْمُ ٱلتَّفْضِيلِ, *nomen excellentiae,* vel أَفْعَلُ ٱلتَّفْضِيلِ, *forma* أَفْعَلُ *excellentiae,* vocatur, ut حَسَنٌ *pulcher,* أَحْسَنُ *pulchrior, pulcherrimus,* قَبِيحٌ *turpis,* أَقْبَحُ *turpior, turpissimus.*

255. Ab adjj. verbb. gen. pass. et formarum derivatarum, nec non ab adjj. verbb., quae colorem vel deformitatem denotant, et ab his quidem eam ob caussam, quod ipsa formae أَفْعَلُ sunt, أَسْمَآءُ ٱلتَّفْضِيلِ derivari non solent. Ut exprimatur, aliquem alios antecellere iis qualitatibus, quas haec adjectiva denotant, eorum nominibus qualitatis vel nominibus verbalibus in accusativo positis adjectiva comparativa أَشَدُّ *fortior,* أَحْسَنُ *pulchrior,* أَقْبَحُ *turpior,* خَيْرٌ *melior,* شَرٌّ *pejor* etc. praemittuntur, ut أَشَدُّ حُمْرَةً *rubrior,* pr. *vehementior rubedine,* أَحْسَنُ تَعْلِيمًا وَتَأْدِيبًا *aptior ad docendum et educandum.* Quae loquendi ratio interdum ibi etiam adhibita reperitur, ubi adjectivum comparativum poni poterat, ut ثُمَّ قَسَتْ قُلُوبُكُمْ وَهِيَ كَٱلْحِجَارَةِ أَوْ أَشَدُّ قَسْوَةً *deinde corda vestra dura facta sunt et similia erant lapidibus vel vehementiora* (lapidibus) *duritie;* pro أَشَدُّ قَسْوَةً dici poterat أَقْسَى.

256. Adjectiva verbalia gen. act. et pass. formarum derivatarum verbi triliteri et formarum verbi quadriliteri haec sunt:

Adjectiva verbalia formarum derivatarum verbi triliteri.

	Act.	Pass.		Act.	Pass.
2.	مُفَعِّلٌ	مُفَعَّلٌ	7.	مُنْفَعِلٌ	مُنْفَعَلٌ
3.	مُفَاعِلٌ	مُفَاعَلٌ	8.	مُفْتَعِلٌ	مُفْتَعَلٌ
4.	مُفْعِلٌ	مُفْعَلٌ	9.	مُفْعَلٌّ	deest
5.	مُتَفَعِّلٌ	مُتَفَعَّلٌ	10.	مُسْتَفْعِلٌ	مُسْتَفْعَلٌ
6.	مُتَفَاعِلٌ	مُتَفَاعَلٌ	11.	مُفْعَالٌّ	deest.

Adjectiva verbalia verbi quadriliteri.

	Act.	Pass.		Act.	Pass.
1.	مُفَعْلِلٌ	مُفَعْلَلٌ	3.	مُفَعَنْلِلٌ	مُفَعَنْلَلٌ
2.	مُتَفَعْلِلٌ	مُتَفَعْلَلٌ	4.	مُفْعَلِلٌّ	مُفْعَلَلٌّ

Adnot. Adjj. verbb. ff. derivv. verbi triliteri et ff. verbi quadril. duabus tantum rebus ab imperfectis earundem formarum differunt: 1) syllabâ مُ loco praefixorum يُ etc. praemissâ, et 2) nunatione adjectâ; reliqua vocabulorum pars eadem est. Excipe tamen adjj. verbb. gen. act. f. V. et. VI. verbi triliteri, nec non adj. verb. gen. act. f. II. verbi quadriliteri, quae ab earundem formarum imperfectis etiam in eo recedunt, quod mediam radicalem Kèsrâ, non Fètḥâ instructam habent.

257. In formandis adjj. verbb. verborum mediae geminatae regulae § 135 expositae observandae sunt. Secundum quas regulas مَادِدٌ in مَادٌّ (vid. 13. Adnot.) et أَشْدَدُ in أَشَدُّ contrahuntur.

258. In formandis adjj. verbb. verborum hèmzatorum Arabes plane easdem, quas in ipsis his verbis declinandis, sequuntur règulas (147—152). Secundum quas regulas آثِرٌ scribitur pro أَاثِرٌ (151), سَائِلٌ pro سَاإِلٌ (149), رَؤُوفٌ vel رَؤُفٌ (quae brevior scribendi ratio est ex رَءُوفٌ orta cf. 17, 2) pro رَأُوفٌ, et لَئِيمٌ vel لَئِمٌ pro لَإِيمٌ (149), مُوَآثِرٌ pro مُأَاثِرٌ (ib.), مُؤْثِرٌ pro مُأْثِرٌ (147).

Adnot. أ, ub cum Damma efferendum Kèsra antecedit, in ئ mutatur, ut هَانِئٌ pro هَانِأٌ.

259. In formandis adjj. verbb. verborum primae ى regula § 163 proposita observanda est. Secundum quam pro مُيْسِرٌ et مُيْتَسِرٌ dicitur مُوسِرٌ et مُوتَسِرٌ.

260. In nominibus agentis f. I. verborum mediae و et ى locum mediae radicalis Jê hèmzatum secundum regulam § 149 expositam ex Elif hèmzato ortum occupat, ut قَائِلٌ (ex قَاإِلٌ) pro قَاوِلٌ, سَائِرٌ (ex سَاإِرٌ) pro سَايِرٌ.

261. In nominibus patientis f. I. verborum mediae و media radicalis Dammâ suâ in literam antecedentem vocali vacuam rejectâ eliditur, ut مَخُوفٌ pro مَخْوُوفٌ. In iisdem nominibus ejusdem formae verborum mediae ى media radicalis Dammâ suâ simul cum litera productionis eam sequente (و) elisâ in vocalem sibi respondentem (ī ـِي) transit, quacum, ى tanquam litera productionis manente, prima radicalis vocali carens effertur, ut مَبِيعٌ pro مَبْيُوعٌ.

Adnot. Sunt tamen multa nn. pat. f. I. verbb. med. و et plura etiam verbb. med. ى, quae a nn. pat. f. I. verbi firmi non recedunt, ut مَصْوُونٌ a صَانَ (صَوَنَ), مَخْيُوطٌ a خَاطَ (خَيَطَ), مَكْيُولٌ a كَالَ (كَيَلَ). In multis radd. med. و et ى ambae formae simul usurpantur, ut مَكِيلٌ et مَكْيُولٌ.

262. Adjj. verbb. formae فَعِيلٌ a radd. med. و et ى derivata saepe in formam فَيِّلٌ pro فَعِيلٌ contrahuntur, quae forma deinde haud raro in leviorem فَيْلٌ transit, ut مَيِّتٌ et مَيْتٌ, هَيِّنٌ et هَيْنٌ, لَيِّنٌ et لَيْنٌ, هَيِينٌ, لَيِينٌ, مَوِيتٌ ex سَيِّءٌ, نَيِّرٌ, سَوِيءٌ, نَوِيرٌ.

263. In formandis adjj. verbb. formarum derivatarum radicum med. و et ى eaedem, quae in formandis imperfectis earundem formarum, observantur regulae.

264. De forma nn. ag. et pat. f. I verbb. ultimae و et ى

in §§ 189 3) et 192 jam expositum est. — In formandis adjj. verbb. formarum فَعُولٌ et فَعِيلٌ eadem, quae in formandis nn. pat. (192) observantur regulae. Ex quibus عَدُوٌّ pro عَدُوْوٌ, سَرِيٌّ pro سَرِيْيٌ, بَغِيٌّ pro بَغُوْيٌ, صَبِيٌّ pro صَبِيْوٌ dicitur.

265. In adjj. verbb. formae أَفْعَلُ a radd. tertiae ى ductis ultima radicalis eam ob caussam, quod eam Fètha proxime antecedit (ـَىُ), Dammâ suâ abjectâ non effertur, ut أَرْمَى pro أَرْمَيُ. In iisdem adjj. a verbis tertiae و derivatis ultima radicalis eandem ob caussam in ى mutata quiescit, ut أَرْضَى pro أَرْضَوُ. Cf. 190 3). — In nn. pat. formarum derivatarum verborum tertiae ى ultima radicalis eam ob causam, quod eam Fètha proxime antecedit, Dammâ suâ abjectâ et nunatione in Fètham mediae radicalis rejectâ quiescit, ut مُرْمًى pro مُرْمَيٌ, مُوَلًّى pro مُوَلَّيٌ. In iisdem nn. a verbis tertiae و ductis ultima radicalis eandem ob caussam vocali suâ abjectâ et nunatione in mediam radicalem rejectâ in ى mutata quiescit, ut مُعْطًى pro مُعْطَوٌ. Cf. 189 3) et 190 2).

b. De nominibus derivatis denominativis.

α) De nominibus unitatis.

266. Nomina, quae unum ex toto aliquo individuum genere vel unam totius alicujus ex pluribus ejusdem generis partibus constantis partem indicant et hanc ob caussam a grammaticis Arabicis أَسْمَآءُ ٱلْوَحْدَةِ, *nomina unitatis* sive *individualitatis*, appellantur, a primitivis suis totum genus vel totum ex ejusdem generis partibus constans significantibus additâ syllabâ ـَةٌ formantur, ut حَمَامٌ *columbae,* c. art. *totum columbarum genus,* حَمَامَةٌ *una columba,* ذَهَبٌ *aurum,* ذَهَبَةٌ *particula auri,* تِبْنٌ *stramen,* تِبْنَةٌ *stipula una.*

Adnot. Sunt igitur nn. unitatis plane ejusdem ac nn. vicis (240) et formae et significatûs.

β) De nominibus multitudinis sive abundantiae.

267. Nomina a grammaticis Arabicis أَسْمَآءُ ٱلْكَثْرَةِ, *nomina multitudinis,* appellata locum magnâ ejus rei, a cujus

nomine ducta sunt, copiâ abundantem indicant et, sive a verbo originem ducunt, id quod rarissime, sive a nomine, id quod saepissime fit, ac quaecunque est forma nominis, a quo ducuntur, duarum formarum sunt مَفْعَلَةٌ et مَفْعَل, itaque et significatû et formâ proxime ad nn. l. et temp. accedunt, ut مَأْسَدَةٌ *locus leonibus abundans*, ab أَسَدٌ *leo*; مَبْطَخَةٌ *melonetum* a بِطِّيخٌ *melo*; مَقْثَأَةٌ *cucumeretum* a قِثَّاءٌ *cucumis*.

γ) De nominibus vasis.

268. Nomina vas, in quo aliqua res asservatur, significantia et hanc ob causam أَسْمَآءُ ٱلْوِعَاءِ, *nn. vasis*, dicta earundem, quarum nn. instrumenti, a quibus significatu tantum et origine differunt, formarum sunt, ut مِئْبَرٌ sive مِئْبَرَةٌ *theca, in qua acus reponuntur*, ab إِبْرَةٌ *acus*; مِحْلَبٌ *vas, in quo lac mulgetur*, a حَلَبٌ *lac*.

Adnot. Pauca quaedam nn. vasis formarum مُفْعُلٌ et مُفْعُلَةٌ sunt, ut مُدْهُنٌ *vas, in quo unguenta asservantur*, a دُهْنٌ *unguentum*, مُكْحُلَةٌ *capsula, in qua collyrium* (pec. *stibium*) *asservatur* *) a كُحْلٌ *collyrium* (pec. *stibium*). Quibus in vocibus م praefixum et secunda radicalis eam ob causam cum Damma efferri videntur, quia prima radicalis nominis, a quo ducuntur, eâdem cum vocali pronuntiatur.

δ) De nominibus adjectivis relativis.

269. Terminatione ـِىٌّ nominibus substantivis et adjectivis additâ adjectiva formantur relationes originis, terrae, familiae, clientelae, qualitatis etc. indicantia eamque ob caussam a grammaticis Arabicis ٱلْأَسْمَآءُ ٱلْمَنْسُوبَةُ, *nomina relativa*, sive ٱلنِّسَبَاتُ, *relationes*, dicta, ut أَرْضِيٌّ *terrestris*, ab أَرْضٌ *terra*; شَمْسِيٌّ *solaris*, a شَمْسٌ *sol*; مِصْرِيٌّ *Aegyptius*, a

---

*) Vox مُكْحُلَةٌ probe distinguenda est a voce مِكْحَلٌ *instrumentum, quo oculi illinuntur collyrio* (*stibio*).

مِصْرُ *Aegyptus;* حَسَنِيٌّ *Hasanida,* ab اَلْحَسَنُ *Hasan;* سَعْدِيٌّ *libertus Sa'di,* a سَعْدٌ *Sa'd;* عِلْمِيٌّ *theoreticus,* ab عِلْمٌ *scientia;* عَمَلِيٌّ *practicus,* ab عَمَلٌ *actio;* طَوِيلِيٌّ, a طَوِيلٌ *longus;* طَيِّبِيٌّ, a طَيِّبٌ *bonus.*

270. Syllabae ـَةٌ et ـِيَّةٌ, ubi a substantivo, quod iis terminatur, adjectivum relativum formandum est, abjiciuntur, ut مَكِّيٌّ *Meccanus,* a مَكَّةُ *Mecca;* أَفْرِيقِيٌّ *Africanus,* ab أَفْرِيقِيَّةُ *Africa.*

271. Media radicalis substantivi triliteri, ubi cum Kèsra effertur, in adj. rel. ab eo derivato cum Fètha pronuntiatur, ut مَلَكِيٌّ *regalis,* a مَلِكٌ *rex.* — Ubi etiam prima radicalis substantivi triliteri Kèsrâ signata est, in adj. rel. ab eo ducto media radicalis et cum Fètha et cum Kèsra efferri potest, ut إِبِلِيٌّ et (quae melior forma est) إِبَلِيٌّ *camelinus,* ab إِبِلٌ *cameli.* — Ubi prima radicalis primitivi cum Kèsra, secunda cum Fètha effertur, secunda radicalis in adj. rel. et cum Kèsra et cum Fètha pronuntiari potest, ut عِنِبِيٌّ et (quae melior forma est) عِنَبِيٌّ, ab عِنَبٌ *uvae.* — Ubi penultima radicalis primitivi quadriliteri cum Kèsra effertur, haec radicalis in adjectivo relativo servari solet, ut عَرْجِسِيٌّ *'Argisanus,* ab عَرْجِسُ (nomen loci). — Ubi literam penultimam primitivi Kèsrâ signatam litera productionis antecedit, aut primitivum, cujus penultima cum Kèsra effertur, plurium quam quatuor literarum est, Kèsra in adj. rel. servatur, ut نَاصِرِيٌّ, ab اَلنَّاصِرُ *Nâsir;* مُسْتَنْصِرِيٌّ, ab اَلْمُسْتَنْصِرُ *Mostansir;* فَاطِمِيٌّ a فَاطِمَةُ *Fâtima.*

272. Kèsra producta primitivorum, quae formarum فَعِيلٌ et فَعِيلَةٌ sunt, in adjj. rell. ab iis derivatis in Fètham brevem mutatur, ut جَزَرِيٌّ, مَدَنِيٌّ, سَفَنِيٌّ, a جَزِيرَةٌ *Gezîra,* مَدِينَةٌ *Medîna,* سَفِينَةٌ *navis.* Interdum tamen Kèsra producta pri-

mitivi servari aeque atque in Fètham brevem mutari potest, ut مَسِيحِيّ et مَسَحِيّ, صَلِيبِيّ et صَلَبِيّ, a مَسِيح *Messias* et صَلِيب *crux.* — Ubi nomen primitivum formarum فَعِيل et فَعِيلَة a verbo mediae geminatae vel mediae radicalis و et ى ductum est, Kèsra producta in adj. rel. ab eo derivato manet, ut حَدِيدِيّ *ferreus*, a حَدِيد *ferrum;* طَوِيلِيّ, a طَوِيل *longus.*

273. In adjj. rell. nominum propriorum formarum فُعَيْل et فُعَيْلَة (vid. § 289) ى eliditur, ut قُرَشِيّ, a قُرَيْش; جُهَنِيّ a جُهَيْنَة (nn. tribuum Arabicarum). Eodem modo ex أُمَيَّة *Omajja* fit أُمَوِيّ vel أُمَيِّيّ.

274. Ubi ultimam radicalem primitivi duplex Jê (يّ) cum Kèsra efferendum antecedit, in adj. rel. alterum ى eliditur, alterum, quod manet, Kèsram amittit, ita, ut cum antecedente Fètha diphthongum (ـَيْ) efficiat, ut طَيْبِيّ a طَيِّب *bonus.*

Adnot. Ex طَيِّء (n. tribus Arabicae) fit طَائِيّ pro طَيِئِيّ vel طَيْئِيّ.

275. Adjectiva relativa ex primitivis formarum فَعُول, فَعُولَة, فَعِيل et فَعِيلَة a radicibus tertiae و et ى derivatis orta alterum duorum و vel ى, quibus primitiva terminantur (§§ 237. 238. 264, cf. § 192), amittunt, mediam radicalem Fèthâ loco Dammae et Kèsrae positâ signatam habent, (cf. § 272) et pro ى, si haec litera tertia radicalis est, و accipiunt, ut عَدَوِيّ, ex عَدُوّ *hostis;* غَنَوِيّ, ex غَنِيّ *dives;* عَلَوِيّ ex عَلِيّ *'Ali.* Eodem modo ex نَبِيّ *propheta* pro نَبِيء a نَبَأَ fit نَبَوِيّ.

276. Adjectiva relativa a primitivis triliteris ducta, quae Èlif brevi (7. Adnot. *b.*) ex و vel ى orto (§ 235) terminantur, hujus loco و accipiunt, ut عَصَوِيّ, ab عَصًا *baculum;* فَتَوِيّ, a فَتًى pro فَتَيٌ *juvenis.* — In adjj. rell. derivatis a primitivis quadriliteris, quae Èlif brevi terminantur quorumque

secunda radicalis ǵèzmata vel quiescens est, aut Elif breve primitivorum unâ cum Fètha antecedente eliditur, aut, eâdem literâ in Èlif productionis mutatâ, hanc inter et terminationem ـِيّ hiatus evitandi caussa و interponitur, ut قُرْبِيّ et قُرْبَاوِيّ, a قُرْبَى *propinquitas*, طُوبِيّ et طُوبَاوِيّ a طُوبَى *felicitas*. Ubi autem secunda litera primitivi quadriliteri in Elif breve exeuntis cum vocali effertur, Èlif breve cum Fètha antecedente in adjectivo relativo semper eliditur, ut جَمَزِيّ a جَمَزَى *camela velox*. Idem fit in adjj. rell. a primitivis in Èlif breve exeuntibus, quae plurium quam quatuor literarum sunt, derivatis, ut مُصْطَفِيّ et بُخَارِيّ a مُصْطَفَى *Mustafa* et بُخَارَا *Buhâra*.

Adnot. *a*. Ex دُنْيَا *mundus* pro دُنْيَى fit دُنْيَاوِيّ, دُنْيِيّ et دُنْيَوِيّ.

Adnot. *b*. ى primitivorum quadriliterorum, quorum secunda radicalis ǵèzmata est vel quiescens, ubi ex literis radicalibus est, in adjj. rell. melius in و mutatur, quam una cum Fètha antecedente eliditur; ita a مَعْنًى *sensus* melius مَعْنَوِيّ formatur quam مَعْنِيّ.

277. In adjj. rell., quae ducta sunt a primitivis in Hèmzam, quam Medda antecedit quaeque ex و vel ى orta est (§ 239), exeuntibus, Hèmza servari aeque ac in و mutari potest, ut سَمَآءِيّ et سَمَاوِيّ a سَمَآءٌ *coelum*. Ubi terminatio ـَآءٌ genus femininum significat, Hèmza semper in و mutatur, ut عَذْرَاوِيّ ab عَذْرَآءٌ *virgo*; بَيْضَاوِيّ a بَيْضَآءٌ n. loci (pr. *alba*).

278. In adjj. rell. a primitivis in literam و, quam litera ǵèzmata antecedit, exeuntibus Gèzma mediae radicalis modo servatur, modo in Fètham mutatur, ut نَحْوِيّ *grammaticus* a نَحْوٌ *grammatica*, بَدَوِيّ *Arabs deserti*, a بَدْوٌ *desertum*.

279. In adjj. rell., quae a primitivis triliteris in ى, quam Kèsra antecedit, exeuntibus derivata sunt, Kèsra mediae radicalis in Fètham et ى in و mutatur, ut عَمَوِيّ ab عَمِي sive عَمٍ pro عَمِيٌ *insipiens*. — Ubi primitivum quadriliterum est, adj. rel. ab eo derivatum aut eodem modo, quo adj. rel. a primitivo

trilitero ductum, formatur, aut tertiam radicalem amittit, ut قَاضَوِيٌّ et, quae forma melior est, قَاضِيٌّ a قَاضٍ pro قَاضِيٌ *judex*. — Ubi denique primitivum ex pluribus quam quatuor literis constat, tertiam radicalem in adj. rel. ab eo formato semper amittit, ut مُسْتَكْفِيٌّ ab ٱلْمُسْتَكْفِي *Mustekfi*.

280. In adjj. rell. a primitivis, quae in ى exeunt quorumque media radicalis ǵezmata est, derivatis aut primitiva immutata manent, aut (id quod saepius fit, imprimis ubi primitiva in ـَةٌ exeunt) ultima eorum radicalis in و mutatur, media Fètham accipit, ut ظَبْيِيٌّ a ظَبْيٌ *dorcas*, قَرَوِيٌّ a قَرْيَةٌ *pagus*. — Ubi secunda et tertia radicalis primitivi in ى Tesdîdo signatum coaluerunt, in adj. rel. primum ى cum Fètha effertur, secundum in و transit, ut حَيَوِيٌّ a حَيٌّ *vivus*. Primum ى, ubi ex و ortum est, et ipsum in hanc literam mutatur, ut طَوَوِيٌّ a طَيٌّ ex طَوْيٌ *plica*.

281. In adjj. rell., quae a primitivis ex triliteris tertiâ radicali abjectâ biliteris factis derivata sunt, ultima primitivorum radicalis restituitur et, si ى est, insuper in و mutatur, ut أَبَوِيٌّ et دَمَوِيٌّ, ab أَبٌ pro أَبَوٌ *pater*, دَمٌ pro دَمَوٌ *sanguis*. In adjj. rell. a primitivis, quorum tertia radicalis abjecta Èlif prosthetico compensatur, et tertia radicalis abjecto Èlif prosthetico restitui, et Èlif prostheticum tertiâ radicali non restitutâ servari potest, ut سَمَوِيٌّ, بَنَوِيٌّ et إِسْمِيٌّ, إِبْنِيٌّ ab إِسْمٌ pro سَمَوٌ *nomen*, إِبْنٌ pro بَنَوٌ *filius*. Ex أُخْتٌ *soror* et بِنْتٌ *filia* adjj. rell. formantur أَخَوِيٌّ et أُخْتِيٌّ, بَنَوِيٌّ et بِنْتِيٌّ.

282. Ubi primitiva, quorum tertia radicalis abjecta est, in ـَةٌ exeunt, in adjj. relativis tertia radicalis hac terminatione abjectâ (§ 270) restituitur, ut لُغَوِيٌّ *ad idioma linguamque pertinens*, ab لُغَةٌ *lingua, idioma*; لِثَوِيٌّ, ab لِثَةٌ pro لِثْوٌ *gingiva*.

283. Nonnulla adjj. rell. formae anomalae sunt, ut رَازِيٌّ a رَيٌّ *in urbe Rai natus* vel *habitans*; طَبَرِيٌّ, a طَبَرِسْتَانُ

ex provincia Ṭabaristân oriundus vel *in ea habitans;* قِنَّسْرِىٌّ et نَصِيبِىٌّ, a قِنَّسْرِينُ et نَصِيبِينُ *ex urbe Kinnesrin, Nisibi oriundus* vel *in ea habitans;* dicitur tamen etiam قِنَّسْرِينِىٌّ et نَصِيبِينِىٌّ.

284. Etiam a nominibus propriis duabus ex vocibus compositis, ut عُبَيْدُ ٱللّٰهِ, فَخْرُ ٱلدِّينِ, adjj. rell. formari possunt. Formantur autem aut a voce priore omissâ posteriore, aut a posteriore omissâ priore, aut ex duabus literis vocis prioris et duabus posterioris, ut عَبْدِىٌّ, شَمْسِىٌّ et عَبْشَمِىٌّ ab عَبْدُ شَمْسٍ, مُطَّلِبِىٌّ ab عَبْدُ ٱلْمُطَّلِبِ, عَبْقَسِىٌّ ab عَبْدُ ٱلْقَيْسِ, عَبْدَرِىٌّ ab عَبْدُ ٱلدَّارِ, عُبَيْدِىٌّ ab عُبَيْدُ ٱللّٰهِ, فَخْرِىٌّ ab فَخْرُ ٱلدِّينِ. — Ubi nomen proprium compositum ex vocibus أَبُو *pater* et إِبْنٌ *filius* atque ex nomine proprio constat, adjj. rell. ab hoc illis vocibus omissis derivatur, ut بَكْرِىٌّ ab أَبُو بَكْرٍ; زُبَيْرِىٌّ, ab ٱبْنُ ٱلزُّبَيْرِ. — Ab iis nominibus propriis compositis, quae a grammaticis Arabicis, quia revera unam tantum vocem efficiunt, مُرَكَّبٌ مَزْجِىٌّ, *composita arctissime nexa*, appellantur, adjj. rell. terminatione ـِىٌّ priori voci adjectâ formari solent, ut بَعْلِىٌّ a بَعْلَبَكّ, حَضْرِىٌّ a حَضْرَمَوْتُ. Potest tamen etiam posteriori talium nn. propriorum voci, potest utrique, potest denique voci ex priore et posteriore vel priore et parte posterioris compositae terminatio ـِىٌّ adjici, ut بَكِّىٌّ, حَضْرَمَوِىٌّ, حَضْرَمِىٌّ, بَعْلَبَكِّىٌّ, بَعْلِىٌّ بَكِّىٌّ.

285. Etiam a particulis adjj. rell. formantur. Ubi particula bilitera est, in adjj. rell. posterior ejus litera duplicatur, ut لَوِّىٌّ a لَوْ *si;* لِمِّىٌّ a لِمَ *cur*. Ubi posterior lit. part. bil. ا quiescens est, hoc inter et terminationem ـِىٌّ Hèmza ponitur, ut مَآئِىٌّ. Hoc adjj. rell. genus nonnisi in libris philosophicis usurpatur.

286. Adjj. rell. a numero singulari tantum formari solent, ibi etiam, ubi a duali aut plurali formanda esse videntur, ut شَرَعِىٌّ *vir, qui leges bene novit*, a شَرِيعَةٌ *lex*, non a

شَرَآئِعُ *leges.* Haud pauca tamen adjj. rell. arti, quam quis exercet, vel sectae, cujus assecla est, designandae inservientia a pluralibus derivantur, ut كُتُبِيٌّ *librarius*, a كُتُبٌ plur. vocis كِتَابٌ *liber*; سَاعَاتِيٌّ *artifex horolog.*, a سَاعَاتٌ *horologia*; صِفَاتِيٌّ *assecla sectae, quae essentiae divinae attributa distincta inesse credit.* Item adjj. rell. a nominibus propriis formarum numeri pluralis ducta, terminatione ـِيٌّ his formis additâ formantur, ut أَنْصَارِيٌّ ab أَنْصَارٌ *adjutores* (cognomen Medinensium).

287. Adjj. rell. haud raro etiam syllabis ـَانِيٌّ ad primitiva accedentibus formantur, ut جِسْمَانِيٌّ *corporalis*, a جِسْمٌ *corpus*, رُوحَانِيٌّ *spiritualis* a رُوحٌ *spiritus.* Quae adjj. rell. haud raro sensu metaphorico vel spirituali adhibentur eoque ab eorundem primitivorum adjj. rell. in ـِيٌّ exeuntibus, quae proprio usurpantur, differunt.

ε) De nominibus abstractis qualitatis.

288. Ab omnibus nominibus tam substantivis quam adjectivis additâ terminatione ـِيَّةٌ, ex terminatione adjectivi relativi ـِيٌّ et terminatione feminini ـَةٌ compositâ, derivari potest nomen qualitatem indicans, qua res nomine denotata id est, quod est, ab ipsa re abstractam, ut إِسْمِيَّةٌ *qualitas, qua aliquod vocabulum est nomen*, ab إِسْمٌ *nomen*; وَصْفِيَّةٌ *qualitas, qua aliquod vocabulum adjectivum est*, a وَصْفٌ *adjectivum*; مَائِيَّةٌ *substantia, quidditas* a مَا *quid*; كَيْفِيَّةٌ *qualitas, quomodeitas*, a كَيْفَ *quomodo.*

Adnot. Interdum nomen abstractum qualitatis a proprio significatu paullulum recedit, ut كُتُبِيَّةٌ *bibliotheca*, a كُتُبِيٌّ *librarius*, a كُتُبٌ *libri.*

ζ) De nominibus deminutivis.

289. Nomen deminutivum, ab Arabibus اَلتَّصْغِيرُ, *deminutio*, sive اَلْإِسْمُ ٱلْمُصَغَّرُ, *nomen deminutivum*, dictum, ubi a no-

mine trilitero derivatur, formae فُعَيْلٌ, ubi a quadrilitero ducitur, formae فُعَيْلِلٌ est, ut رُجَيْلٌ *vir parvus*, a رَجُلٌ *vir*; عُقَيْرِبٌ *parvus scorpio*, ab عَقْرَبٌ *scorpio*.

Adnot. Etiam deminutiva nominum formae أَفْعَلُ formae فُعَيْلِلٌ sunt, ut أُزَيْرِقُ ab أَزْرَقُ *caeruleus*.

290. Deminutiva a nominibus femininis in ةٌ, Èlif breve et Elif Meddà instructum exeuntibus derivata terminationem primitivorum suorum servant, ut قُلَيْعَةٌ a قَلْعَةٌ *arx*, مُرَيْتَا a مَرْتَا *Martha*, حُبَيْلَى a حُبْلَى *femina gravida*, حُمَيْرَآءُ a حَمْرَآءُ *rubra*.

291. Deminutivis a nominibus triliteris, quae generis feminini, sed formae masculinae sunt, derivatis terminatio ـَةٌ adjicitur, ut شُمَيْسَةٌ a شَمْسٌ *sol*.

292. Ubi in primitivo una ex literis radicalibus abjecta est, in deminutivo restitui, et ubi in illo ad compensandam literam radicalem omissam aliqua litera adjecta est, in hoc abjici solet, ut وُعَيْدٌ ab عِدَةٌ *promissio*, a rad. وَعَدَ *promisit* (vid. §. 288); سُمَيٌّ pro سُمَيْوٌ, ab إِسْمٌ, quod est pro سَمَوٌ; فُوَيْهٌ a فُوهٌ *os*, pro quo vocabulo فَمٌ usurpatur; أُبَيٌّ, أُخَيٌّ, بُنَيٌّ, أُخَيَّةٌ, بُنَيَّةٌ pro أُبَيْوٌ, أُخَيْوٌ etc., ab أَبٌ pro أَبَوٌ *pater*, أَخٌ pro أَخَوٌ *frater*, إِبْنٌ pro بَنَوٌ *filius*, أُخْتٌ pro أَخَوَةٌ *soror*, بِنْتٌ pro بَنَوَةٌ *filia*. Eodem modo ex عَصًا pro عَصَوٌ (§. 235) fit عُصَيٌّ pro عُصَيْوٌ, ex فَتًى pro فَتَيٌ: فُتَيٌّ pro فُتَيْوٌ.

Adnot. سُمَيٌّ, أُبَيٌّ, عُصَيٌّ etc., ex سُمَيْوٌ, أُبَيْوٌ, عُصَيْوٌ ita facta sunt, ut و vocalis i proxime antecedentis effectu in ى mutaretur idque, ipsâ vocali ĭ in consonantem sibi respondentem, Jê, mutatâ, cum hac in ى coalesceret.

293. Ubi una ex literis primitivi alia cum litera permutata est, in deminutivo redit, ut بُوَيْبٌ a بَابٌ pro بَوَبٌ *porta*, مُوَيْزِينٌ a مِيزَانٌ pro مِوْزَانٌ (vid. §. 161 et §. 228

Adnot. *b.*) *libra*, a rad. وَزَنَ *libravit*; مُيَيْسِرٌ a مُوسِرٌ pro مُيْسِرٌ (v. § 163 et § 259) *opulentus*, a rad. يَسَرَ *facilis fuit*.

294. Deminutivum, si primitivum, a quo derivatur, praeter tres literas radicales Èlif productionis inter primam et mediam radicalem positum habet, formae فُوَيْعِل est, Èlif productionis per Dammam antecedentem in و mutato, ut فُوَيْرِسٌ a فَارِسٌ *eques*.

295. Deminutivum, si primitivum, a quo ducitur, praeter tres literas radicales Èlif productionis inter mediam et ultimam radicalem positum habet, formae فُعَيِّل est, ut غُلَيِّمٌ *servulus* a غُلَامٌ *servus, puer*. — Eadem forma, ubi tertia radicalis primitivi quadriliteri و mobile est, locum habet, ut جُدَيِّلٌ pro جُدَيْوِلٌ a جَدْوَلٌ *rivus*; أُسَيِّدُ pro أُسَيْوِدُ ab أَسْوَدُ *niger*.

296. Ubi in deminutivo tria ى concurrunt, secundum aut tertium eliditur, si ى characteristicum deminutivi primum est; omnia servantur, si non est, ut يُحَيٌّ pro يُحَيِّيٌ a يَحْيَى *Johannes*; حُيَيَّةٌ a حَيَّةٌ *serpens*.

297. Deminutivis ductis a primitivis ex radd. tertiae ى ortis interdum syllaba ـَةٌ adjicitur, ut رُحَيَّةٌ a رَحًى *mola*. — Eodem modo ex شَيْءٌ *res*, quanquam haec vox a radice شَآءَ med. ى derivatur, شُوَيَّةٌ fit.

298. Ubi litera quarta nominis primitivi, quod plures quam quatuor literas habet, ا aut و productionis est, in deminutivo in ى quiescens mutatur, ita ut deminutivum formae مُفَيْعِيل sit, ut مُفَيْتِيحٌ a مِفْتَاحٌ *clavis*, مُوَيْزِينٌ a مِيزَانٌ *libra*.

299. In nominibus deminutivis ductis a primitivis, quae non numeratis literis ا, و, ى et ةٌ, plurium quam quatuor literarum sunt, ultima primitivi litera abjicitur, ut عُنَيْدِلٌ ab عَنْدَلِيبٌ *luscinia*, قُلَيْنِسَةٌ vel قُلَيْسِيَةٌ a قَلَنْسُوَةٌ *pileus*.

300. In nominibus deminutivis derivatis a primitivis, quae ex radicibus triliteris orta literis radicalibus duas vel tres serviles alias quam ا, و, ى et ة additas habent, una vel duae

literae, et quidem non radicales, sed serviles, eliduntur. Ita ex مُخْتَارٌ, penultima hujus vocis literâ (ا) locum mediae radicalis (ى) tenente, non مُخَيْتِيرٌ sed مُخَيِّرٌ fit. — In nominibus deminutivis ductis a primitivis ex radicibus quadriliteris ortis, quae literis radicalibus serviles additas habent, omnes literae serviles abjiciuntur, ut دُحَيْرِجٌ a مُتَدَحْرِجٌ.

301. Nonnullorum primm. ex tribus radicalibus et terminatione ـَانٌ constantium demm. simili modo, quo eorum plurr. formantur, ut سُلَيْطِينٌ a سُلْطَانٌ *imperator;* شُيَيْطِينٌ a شَيْطَانٌ *Satanas;* cf. plurr. سَلَاطِينُ et شَيَاطِينُ.

302. Deminutiva vocum إِنْسَانٌ *homo,* رَجُلٌ *vir,* بَنُونَ *filii,* غِلْمَةٌ *pueri,* sunt أُنَيْسِيَانٌ, رُوَيْجِلٌ, أُبَيْنُونَ, أُغَيْلِمَةٌ.

303. Deminutiva interdum non ab omnibus primitivorum literis, sed a radicalibus tantum derivantur, ut عُطَيْفٌ a مِعْطَفٌ *pallium,* سُوَيْدٌ ab أَسْوَدُ *niger,* حُرَيْثٌ a حَارِثٌ *Hârit,* عُصَيْفِرٌ ab عُصْفُورٌ *passer.* Hinc fit, ut interdum unum deminutivum ad plura primitiva referri possit, ut حُمَيْدٌ ad حَامِدٌ *Hâmid,* أَحْمَدُ *Ahmed,* حَمْدَانُ *Hamdân,* حُمَادٌ *Homâd* et مَحْمُودٌ *Mahmûd.*

Adnot. Hoc deminutivorum genus تَصْغِيرُ ٱلتَّرْخِيمِ *forma deminutiva attenuata* appellatur.

304. Ubi nomen primitivum duabus ex vocibus compositum est, vox prior tantum formam deminutivam accipit, ut عُبَيْدُ ٱللّٰهِ, بُعَيْلَ بَكٍّ, ab عَبْدُ ٱللّٰهِ, بَعْلَ بَكٍّ.

2. De genere nominum.

305. Genera in lingua Arabica tria esse, *masculinum, femininum, commune,* supra § 80 observatum est.

Adnot. Genus commune a masc. et fem. distinctum proprie non existit, sed nomina tantum existunt, quae communis, i. e. utriusque generis sunt.

306. Quae nomina generis feminini sint, **1.** notione, **2.** formâ cognoscitur.

1. Notio feminini generis esse arguit

a) nomina personas, quae generis feminini sunt, significantia et nomina propria feminarum, ut أُمٌّ *mater*, عَرُوسٌ *sponsa*, مَرْيَمُ *Maria;*

b) nomina terrarum et urbium, utpote matrum incolarum, ut مِصْرُ *Aegyptus*, مُخَا *Moḫâ*, nec non ipsum nomen أَرْضٌ *terra;*

c) nomina membrorum corporis, eorum inprimis, quae duplicia sunt, ut يَدٌ *manus*, رِجْلٌ *pes*, عَيْنٌ *oculus*, سِنٌّ *dens*, كَبِدٌ *jecur*, إِسْتٌ *nates.*

2. Forma generis feminini esse prodit

a) nomina in ة exeuntia, ut جَنَّةٌ *hortus*, ظُلْمَةٌ *tenebrae;*

b) nomina terminatione ـَآءُ instructa, ut كِبْرِيَآءُ *superbia*, زَرْقَآءُ *caerulea*, صَحْرَآءُ *desertum;*

c) nomina in ـَى vel ـَا (Èlif breve § 7 Adnot. *b.*) exeuntia ut ذِكْرَى *memoria*, أُولَى *prima*, طُولَى *longior*, دُنْيَا pro دُنْيَي *mundus.*

Adnot. Nomina quaedam in ة exeuntia, nec non adjj. verbb. eâdem terminatione vim intensivam habente instructa gen. masc. sunt, ut خَلِيفَةٌ *Halîfa*, عَلَّامَةٌ *mirifice doctus* (cf. 253. Adnot. *b.*), رَاوِيَةٌ *qui multa ore vel scripto tradit.*

307. Nomina, quae generis feminini et formae masculinae sunt, secundum ordinem literarum disposita haec tabula exhibet:

أُذُنٌ *auris.*	أَفْعَى *vipera.*
أَرْضٌ *terra.*	بِئْرٌ *puteus.*
أَرْنَبٌ *lepus.*	بِنْصِرٌ *digitus annularis.*
إِسْتٌ *nates.*	جَحِيمٌ *ignis ardens.*

جَنُوبٌ *auster.*

جَهَنَّمُ *tartarus.*

حَرْبٌ *bellum.*

حَرُورٌ *ventus calidus nocturnus.*

خَمْرٌ *vinum.*

خِنْصِرٌ *digitus minimus.*

دَارٌ *domus.*

دَبُورٌ *ventus ab occasu flans.*

دِرْعٌ *lorica* (*indusium* mulierum m.).

دَلْوٌ *situla.*

ذِرَاعٌ *brachium.*

ذَوْدٌ *caterva camelorum.*

رِجْلٌ *pes.*

رَحًى *mola.*

رِيحٌ *ventus.*

زَنْدٌ *cubitus.*

سَتَهٌ *nates.*

سَعِيرٌ *ignis ardens.*

سَقَرُ *ignis tartareus.*

سَمُومٌ *ventus calidus diurnus.*

سِنٌّ *dens.*

سَاقٌ *crus.*

شَمَالٌ *aquilo.*

شِمَالٌ *manus sinistra.*

شَمْسٌ *sol.*

صَبًا *eurus.*

ضَبُعٌ *hyaena.*

ضَرَبٌ *mel album.*

ضِلَعٌ *costa.*

طَاغُوتٌ *Ṭâġût, idola.*

عَرُوضٌ *prosodia.*

عَصًا *baculum.*

عَضُدٌ *brachium.*

عَنْكَبُوتٌ *aranea* (interd. m.).

عَيْنٌ *oculus.*

غُولٌ *daemon sylvaticus.*

فَأْسٌ *securis.*

فَخِذٌ *femur.*

فِرْدَوْسٌ *paradisus.*

فُلْكٌ *navis.*

قَبُولٌ *ventus ab ortu flans.*

قَدَمٌ *pes.*

كَأْسٌ *calix.*

كَبِدٌ *jecur.*

كَتِفٌ *humerus.*

كَرِشٌ *ventriculus.*

كَفٌّ *palma manus.*

لَظَى *ignis ardens* (لَظَى sine art. *ignis tartareus*).

مِلْحٌ *sal.*

مَنْجَنُونٌ *rota hydraulica.*

مَنْجَنِيقٌ *machina bellica.*

مُوسَى *novacula.*

نَارٌ *ignis.*

نَسِيمٌ *ventus lenis matutinus.*

نَعْلٌ *calceus.*

نَفْسٌ *anima.*

وَرِكٌ *coxa.*

يَدٌ *manus.*

يَمِينٌ *manus dextra, juramentum.*

308. Generis communis sunt 1) ea adjj. verbb. formae فَعُولٌ, quae activam, nec non ea adjj. verbb. formae فَعِيلٌ, quae passivam significationem (vid. § 252 Adnot. *b.*) habent, ut صَبُورٌ ,كَذُوبٌ *vir* et *femina mendax, patiens,* قَتِيلٌ *occisus, a;* 2) nomina collectiva شِبْهُ ٱلْجَمْعِ, *plurali similia,* dicta, ut حَمَامٌ *columbae,* جَرَادٌ *locustae,* نَحْلٌ *apes,* نَخْلٌ *palmae* (cf. § 266), quae, ubi singularia sunt, masc., ubi pluralia, fem. gen. sunt; 3) nomina literarum, quanquam haec plerumque fem. gen. sunt; tandem 4) haec nomina:

إِزَارٌ *cingulum.*

إِصْبَعٌ *digitus.*

ثَدْىٌ *mamma.*

جَنَاحٌ *ala.*

حَالٌ *status.*

حَانُوتٌ *taberna.*

خِرْنِقٌ *pullus leporis.*

سَبِيلٌ *semita.*

سُرًى *profectio nocturna.*

سِكِّينٌ *culter.*

سِلَاحٌ *arma.*

سُلْطَانٌ *imperator, trix.*

سِلْمٌ *pax.*

سُلَّمٌ *scala.*

سَمَآءٌ *coelum.*

سُوقٌ *forum.*

شَعِيرٌ *hordeum.*

صَاعٌ *mensura rerum aridarum.*

صِرَاطٌ *via.*

صُلْحٌ *pax.*

صَلِيفٌ *latus colli.*

ضُحًى *tempus antemeridianum.*

طَرِيقٌ *via.*

عَجُزٌ *postica pars corporis.*

عُرْسٌ *nuptiae.*

عَسَلٌ *mel.*

عُقَابٌ *aquila.*

عُنْقٌ *collum.*

فَرَسٌ *equus.*

فِهْرٌ *lapis, quo quid comminuitur.*

قَفًا *cervix.*

كُرَاعٌ *pars cruris tenuior.*

لَيْلٌ *nox.*

مِسْكٌ *muscus.*

مِعًى *intestinum.*

309. Ab adjectivis et nonnullis substantivis ope earum terminationum, quas genus femininum denotare supra § 306 diximus, feminina formantur.

310. Usitatissima terminatio, quâ adjectâ femm. ex mascc. formantur, est ـَةٌ, ut عَظِيمٌ *magnus*, عَظِيمَةٌ *magna*; جَدٌّ *avus*, جَدَّةٌ *avia*; فَتًى *juvenis m.*, فَتَاةٌ pro فَتَيَةٌ *juvenis f.*

311. Ab adjj. verbb. formae أَفْعَلُ, quae significationem comparativam vel superlativam habent (vid. § 254), femm. formae فُعْلَى, ab iisdem adjj., quae hanc significationem non habent, femm. formae فَعْلَآءُ derivantur, ut كُبْرَى ab أَكْبَرُ *major*, صُغْرَى ab أَصْغَرُ *minor*; صَفْرَآءُ ab أَصْفَرُ *flavus*.

Adnot. Ab أَوَّلُ pro أَوْءَلُ vel وَوَّلُ et آخَرُ pro أَأْخَرُ feminina formantur أُولَى et أُخْرَى. — A voce أَحَدٌ *unus* fem. إِحْدَى derivatur.

312. Ab adjj. verbb. formae فَعْلَانُ femm. formae فَعْلَى derivantur, ut غَضْبَى a غَضْبَانُ *iracundus*, سَكْرَى a سَكْرَانُ *ebrius*.

Adnot. Ex forma فُعْلَانٌ in fem. فُعْلَانَةٌ fit, ut نَدْمَانَةٌ ab نَدْمَانٌ *poenitens*, عُرْيَانَةٌ ab عُرْيَانٌ *nudus*.

313. Ab adjj. verbb. formae فَعُولٌ, ubi significationis passivae sunt, nec non ubi activae quidem vel neutrius sunt, substantivum autem, ad quod referuntur, non expressum est, feminina formantur, ut رَسُولَةٌ a رَسُولٌ *missus;* ubi vero substantivum expressum est, generis communis sunt (cf. § 308). — Ab adjj. verbb. formae فَعِيلٌ, ubi activam vel neutram significationem habent, nec non ubi passivae quidem sunt, sed substantivum, ad quod referuntur, subintelligendum est, feminina derivantur, ut عَفِيفَةٌ ab عَفِيفٌ *abstinens,* نَصِيرَةٌ a نَصِيرٌ *adjutor;* substantivo vero, ad quod referuntur, expresso generis utriusque sunt.

3. De numero nominum.

314. Numeri nominum ut verborum tres sunt, ***singularis***, ***dualis***, ***pluralis***.

315. Dualis terminatione ـَانِ singulari nunatione privato additâ formatur, ut كِتَابَانِ *duo libri* a كِتَابٌ.

Adnot. *a.* Ubi sing. in ة exit, haec litera in duali in ت mutatur, ut أُمَّتَانِ ab أُمَّةٌ *populus.*

Adnot. *b.* Ubi ى quiescens (Èlif breve) ex mobili ortum singularem terminat, in duali mobile fit, ut فَتَيَانِ a فَتًى pro فَتَيٌ *juvenis,* ذِكْرَيَانِ a ذِكْرَى pro ذِكْرَيُ *memoria.* Ubi sing. in ا quiescens (Èlif breve) ex و mobili ortum exit, haec litera in duali restituitur, ut عَصَوَانِ ab عَصًا pro عَصَوٌ *baculum.* — Ubi singularis nominis quadriliteri ى quiscenti ex و orto terminatur, in duali و primitivum non restituitur, sed in ى mobile transit, ut مُرْضَيَانِ pro مُرْضَوَانِ a مُرْضًى pro مُرْضَوٌ a رَضِيَ pro رَضِوَ.

Adnot. *c.* Hèmza terminationis ـَآءٌ, ubi haec term. gen. fem. denotat (§ 311), in duali in و mutatur, ut صَفْرَاوَانِ a صَفْرَآءُ *flava.* Eadem terminationis ـَآءٌ litera, ubi ex و vel ى radicali orta est, in duali servari aeque ac in و mutari potest, ut رِدَآءَانِ et رِدَاوَانِ ex رِدَآءٌ pro رِدَايٌ *pallium.* Ubi Hèm-

za terminationis ـَآءٌ litera radicalis est, in duali semper servatur, ut قَرَّآءَانِ a قَرَّآءٌ *lector* a قَرَأَ *legit.*

Adnot. *d.* Ubi ى in singulari post Kèsram et ante Ḍammam nunatam elisum est (189, II. 3.), in duali redit, ut رَامِيَانِ a رَامٍ pro رَامِيٌ *jaculator* (cf. 189, I.). — Item و nonnullarum vocum in sing. elisum in duali restituitur, ut أَخَوَانِ, أَبَوَانِ ex أَبٌ, أَخٌ, pro أَبَوٌ, أَخَوٌ. Ex إِبْنٌ pro بَنَوٌ et إِسْمٌ pro سَمَوٌ in duali إِبْنَانِ et إِسْمَانِ fit; ex بِنْتٌ pro إِبْنَةٌ إِبْنَتَانِ.

Adnot. *e.* Ubi in sing. tertia radicalis ante terminationem ـَةٌ elisa est, in duali non restituitur, ut لُغَتَانِ a لُغَةٌ pro لُغْوٌ *dialectus,* شَفَتَانِ a شَفَةٌ pro شَفْهَةٌ *labium,* سَنَتَانِ a سَنَةٌ pro سَنْهَةٌ *annus.*

316. Pluralis numeri duo sunt genera. Alter, qui unius tantum formae est, quia omnes et literae et vocales singularis numeri in eo servantur جَمْعٌ صَحِيحٌ s. جَمْعٌ مُصَحَّحٌ, *pluralis sanus*, et جَمْعٌ سَالِمٌ, *pl. integer*, s. جَمْعُ سَلَامَةٍ, *pl. integritatis,* vocatur; alter, qui permultarum formarum est, quia forma singularis modo literis additis vel elisis, modo vocalibus mutatis plus minusve in eo immutatur جَمْعٌ مُكَسَّرٌ, *pluralis fractus,* s. جَمْعُ ٱلتَّكْسِيرِ *pluralis fractionis* appellatur.

317. Pluralis sanus s. perfectus nominum masc. gen. terminatione ـُونَ singulari additâ formatur, ut سَارِقُونَ *fures* a سَارِقٌ. Pl. sanus s. perf. nomm. fem. gen. quae in sing. in ـَةٌ exeunt, hac terminatione in ـَاتٌ mutatâ, idem numerus eorundem nomm. in ـَةٌ non exeuntium terminatione ـَاتٌ singulari adjectâ formatur, ut سَارِقَاتٌ a سَارِقَةٌ, مَرْيَمَاتٌ *Mariae* a مَرْيَمُ.

Adnot. *a.* Ubi sing. masc. in ى quiescens, cui Kèsra vel Fètḥa (simplex vel nunata) praecedit, vel in Kèsram nunatam (ـٍ) ex Kèsrâ, ى mobili et Ḍammâ nunatâ (ـِيٌ) ortam exit,

in plur. regulae § 189 II 1) a) lin. 3 et b) lin. 2 expositae observantur, ut آلْحَافِى pro آلْحَافِيُ (§ 190 2 extr.) *nudipes*, plur. آلْحَافُونَ pro آلْحَافِيُونَ; قَاضٍ pro قَاضِيٌ (§ 189 II. 3) *judicans*, pl. قَاضُونَ pro قَاضِيُونَ; مُوسَى *Moyses*, pl. مُوسَوْنَ pro مُوسَيُونَ; مُصْطَفًى pro مُصْطَفَيٌ (§ 265) *electus*, pl. مُصْطَفَوْنَ pro مُصْطَفَيُونَ.

Adnot. *b.* Gèzma med. radicalis nomm. subst. femm. formarum فَعْلٌ vel فَعْلَةٌ a radd. firmis derivatorum in plur. in Fètham mutatur, ut دَعْدُ *Da'd* (n. pr. feminae), pl. دَعَدَاتٌ; قَصْعَةٌ *scutella*, pl. قَصَعَاتٌ. Idem signum eorundem nn. formarum فُعْلٌ vel فُعْلَةٌ in pl. vel in Dammam vel in Fètham transit, vel servatur, ut ظُلْمَةٌ *tenebrae*, pl. ظُلُمَاتٌ, ظُلَمَاتٌ et ظُلْمَاتٌ. Idem denique signum eorundem nn. formm. فِعْلٌ vel فِعْلَةٌ in pl. in Kèsram vel Fètham mutatur, vel immutata manet, ut سِدْرَةٌ *lotus*, pl. سِدِرَاتٌ, سِدَرَاتٌ et سِدْرَاتٌ. — Grammatici Arabici hos plurr. femm. una vocali auctos plurr. fractis adnumerant, quia formam sing. paullulum immutatam habent. (§ 316).

Adnot. *c.* و et ى, ubi in sing. fem. ante term. ةٌ abjectâ Fèthâ suâ quiescunt vel in ا mutatae sunt (§ 236 et § 7 Adnot. *c.* et *d.*), in pl. unâ cum vocali sua restituuntur, ut صَلٰوةٌ vel صَلَاةٌ pro صَلَوَةٌ, pl. صَلَوَاتٌ; تَوْرِيَةٌ vel تَوْرَاةٌ pro تَوْرَيَةٌ, pl. تَوْرَيَاتٌ; مُرْمَاةٌ pro مُرْمَيَةٌ pl. مُرْمَيَاتٌ. Cf. § 190 2) cum 189 I.

Adnot. *d.* Ubi in sing. tertia radicalis ante term. ـَةٌ elisa est, in pl. et restitui et non restitui potest, ut عِضَوَاتٌ et ظُبَاتٌ a عِضَةٌ pro عِضْوَةٌ *arbor spinosa* et ظُبَةٌ pro ظُبْوَةٌ *extremitas gladii* vel *lanceae*. — بِنْتٌ et إِبْنَةٌ pro بَنَوَةٌ *filia* et أُخْتٌ pro أَخَوَةٌ *soror* in pl. بَنَاتٌ et أَخَوَاتٌ habent. Pl. vocc. سَنَةٌ *annus* et أُمٌّ *mater* est سَنَوَاتٌ et أُمَّهَاتٌ.

Adnot. *e.* Ad Hèmzam term. ـَآءٌ et ـآءٌ quod attinet, in plurali

eaedem, quae in duali (§ 315 Adnot. *c.*) regulae observantur, ita, ut ex صَفْرَآءُ, رِدَآءٌ, قُرَّآءٌ in pl. fiat صَفْرَاوَاتٌ, رِدَاوَاتٌ et رِدَآءَاتٌ, قُرَّآءَاتٌ.

318. Pluralem sanum masculinum habent:

1) nn. prr. virorum, iis exceptis, quae in ة exeunt, ut طَلْحَةُ, nec non eorum deminutiva et demm. ab appellativis, quae creaturas ratione praeditas denotant, formata, ut رُجَيْلُونَ a رُجَيْلٌ, n. dem. a رَجُلٌ;

2) adjj. verbb., quorum femm. additâ terminatione ـَةٌ formantur;

3) adjj. formae أَفْعَلُ, quae significationem comp. vel superlat. habent (§ 311);

4) adjj. relativa;

5) Vocabula إِبْنٌ pro بَنَوٌ, عَالَمٌ *genus ex quatuor mundi generibus*, أَرْضٌ, أَهْلٌ *familia*, ذُو *possessor* alicujus rei, aliqua re *praeditus*, quorum plurr. sunt: بَنُونَ, عَالَمُونَ, أَرَضُونَ, أَهْلُونَ, ذَوُونَ.

Adnot. *a.* Adjj. tamen nonnisi ubi substt., ad quae referuntur, creaturas ratione praeditas denotant, pl. sanum habent.

Adnot. *b.* A nn. substt. et adjj., quae pl. sanum habent, ab adjj. maxime tanquam substt. usurpatis, etiam plurales fracti formantur.

Adnot. *c.* Etiam nonnulla nn. femm., ea inprimis, quorum tertia radicalis (و, ى, ه) elisa est, pl. sanum formae masc. habent, ut سِنُونَ et كُرُونَ a سَنَةٌ pro سَنَهَةٌ et كُرَةٌ pro كُرَوَةٌ *pila, globus*.

319. Pluralem sanum femininum habent:

1) nn. prr. feminarum nec non nn. prr. virorum in ة exeuntia;

2) adjj. femm., quorum masc. pl. sanum habent;

3) nn. femm. in ـَى vel in ـَآءُ exeuntia, ut ذِكْرَى *memoria*, ضَرَّآءُ *res angustae*;

4) nn. literarum, utpote quae plerumque gen. fem. sunt (§ 308);

5) nn. mensium, ut مُحَرَّمَاتٌ a مُحَرَّمٌ *Muharram*, رَمَضَانَاتٌ a رَمَضَانُ *Ramadân*;

6) nn. verbi feminina et omnia formarum derivatarum, ut تَعْرِيفٌ *definitio*, pl. تَعْرِيفَاتٌ, إِصْطِلَاحٌ *terminus technicus*, pl. إِصْطِلَاحَاتٌ; quamquam nn. vb. f. II et IV sensu concreto etiam plurr. fr. habent ut تَصَانِيفُ *scripta*, أَرَاجِيفُ *rumores*.

7) nn. originis peregrinae, etsi personas masc. gen. denotant, ut قُنْصُوا *Consul*, pl. قُنْصُوَاتٌ; أَغَا *Aga*, pl. أَغَوَاتٌ;

8) haud pauca nn. masc. gen., quae pl. fractum et nonnulla nn. femm. gen., quae term. femininam non habent, ut حَمَّامٌ *thermae*, pl. حَمَّامَاتٌ; سَمَآءٌ *coelum*, pl. سَمَاوَاتٌ; أَرْضٌ *terra*, pl. أَرَضَاتٌ;

9) multa adjj. verbb. in pl. tanquam substt. usurpata, ut كَائِنَاتٌ *entia*, مَوْجُودَاتٌ *entia, quae existunt*, مَخْلُوقَاتٌ *creaturae*.

320. Formae usitatiores pluralis fracti nn. substt. et adjj., quae a radd. triliteris derivata sunt quorumque radicalibus nulla litera, Elif formae أَفْعَلُ exceptâ, praemissa est, numero duodetriginta sunt. Quas unà cum singularibus, quibus respondent, haec tabula exhibet.

Formam plur. fracti	habent nomina (substt. adjj.) formarum (ae)
I. فُعَلٌ	1. فُعْلَةٌ, ut تُحْفَةٌ *donum*, pl. تُحَفٌ. 2. فُعْلَى (fem. adjj. formae أَفْعَلُ significationem comp. et superlat. habentium § 251 et 311), ut كُبْرَى *maxima*, pl. كُبَرٌ. 3. فَعْلَةٌ (nonnulla), ut قَرْيَةٌ *urbs*, pl. قُرًى pro قُرَيٌ (§ 235). 4. فِعْلَةٌ (nonnulla), ut لِحْيَةٌ *barba*, pl. لُحًى pro لُحَيٌ (§ 235).

II. فُعْلٌ

1. أَفْعَلُ, quae significationem comp. et superl. non habent, ut أَحْمَرُ *ruber*, pl. حُمْرٌ.

2. فَعْلَآءُ (fem. adjj. formae أَفْعَلُ significat. comp. et superl. non habentium § 311), ut حَمْرَآءُ *rubra*, pl. حُمْرٌ.

III. فُعُلٌ

1. فِعَالٌ, 2. فَعَالٌ, quae neque a radd. mediae geminatae neque tertiae و aut ى derivantur, ut كِتَابٌ *liber*, pl. كُتُبٌ; سَيَالٌ *carduus lacteus*, pl. سُيُلٌ.

3. فَعِيلٌ, 4. فَعِيلَةٌ, 5. فَعُولٌ, quae a radd. ultimae و et ى non derivantur, ut سَرِيرٌ *solium*, pl. سُرُرٌ; سَفِينَةٌ *navis*, pl. سُفُنٌ; عَمُودٌ *columna*, pl. عُمُدٌ.

6. فِعْلٌ (nonnulla), ut نِمْرٌ *leopardus*, pl. نُمُرٌ.

7. فَعَلٌ (nonnulla), ut أَسَدٌ *leo*, pl. أُسُدٌ.

8. فَعِيلٌ, 9. فَعُولٌ, quae non sunt passivae significationis (§ 252 Adnot. *b*. et *c*.), ut نَذِيرٌ *admonitor*, pl. نُذُرٌ; صَبُورٌ *patiens*, pl. صُبُرٌ.

Adnot. Habent tamen etiam nonnulla adjj. verbb. formarum فَعِيلٌ et فَعُولٌ, quae significationis *passivae* sunt, formam pl. fracti فُعُلٌ, ut رَسُولٌ *legatus*, pl. رُسُلٌ. — Ceterum ff. فُعْلٌ et فُعُلٌ multum inter se miscentur.

IV. فِعَلٌ فِعْلَةٌ, ut قِطْعَةٌ *segmentum*, pl. قِطَعٌ

V. فِعَالٌ

1. فَعْلٌ, ut بَحْرٌ *mare*, pl. بِحَارٌ; ثَوْبٌ *vestis*, pl. ثِيَابٌ.
2. فِعْلٌ, ut قِدْحٌ *sagitta*, pl. قِدَاحٌ; ذِئْبٌ *lupus*, pl. ذِئَابٌ.
3. فُعْلٌ, ut رُمْحٌ *hasta*, pl. رِمَاحٌ.
4. فَعُلٌ, ut رَجُلٌ *vir*, pl. رِجَالٌ.
5. فَعْلَةٌ, ut قَصْعَةٌ *scutella*, pl. قِصَاعٌ.
6. فُعْلَةٌ, ut رُقْعَةٌ *frustum panni* vel *chartae*, pl. رِقَاعٌ.
7. فَعَلٌ
8. فَعَلَةٌ
   (7, 8), quae non ducuntur a radd. mediae geminatae vel tertiae و et ى, ut جَبَلٌ *mons*, pl. جِبَالٌ; رَقَبَةٌ *collum*, pl. رِقَابٌ.
9. فَعْلٌ, ut صَعْبٌ *difficilis*, pl. صِعَابٌ.
10. فَعْلَانٌ
11. فَعْلَانَةٌ
    (10, 11), ut نَدْمَانٌ fem. نَدْمَانَةٌ *quem, quam poenitet*, pl. نِدَامٌ.
12. فُعْلَانٌ
13. فُعْلَانَةٌ
    (12, 13), ut خُمْصَانٌ fem. خُمْصَانَةٌ *extenuatus, a, ventre*, pl. خِمَاصٌ.
14. فَعِيلٌ
15. فَعِيلَةٌ
    (14, 15), quae non sunt passivae significationis, ut شَرِيفٌ fem. شَرِيفَةٌ *nobilis*, pl. شِرَافٌ.

VI. فُعُولٌ

1. فَعْلٌ, ut بَحْرٌ *mare*, pl. بُحُورٌ.
2. فُعْلٌ, ut جُنْدٌ *legio*, pl. جُنُودٌ.
3. فِعْلٌ, ut نِمْسٌ *ichneumon*, pl. نُمُوسٌ.
4. فَعَلٌ, ut أَسَدٌ *leo*, pl. أُسُودٌ.

VI. فُعُولٌ

5. فَعِلٌ, ut كَبِدٌ *jecur*, pl. كُبُودٌ.
6. فَاعِلٌ, raro tamen, ut شَاهِدٌ *testis*, شُهُودٌ.

VII. فُعَّلٌ

1. فَاعِلٌ, ut حَاكِمٌ *judex*, pl. حُكَّمٌ; نَآئِمٌ *dormiens*, pl. نُوَّمٌ.
2. فَاعِلَةٌ, ut بَاهِلَةٌ *camela, quam vagari sinunt*, pl. بُهَّلٌ.

VIII. فُعَّالٌ فَاعِلٌ, ut حَاكِمٌ *judex*, pl. حُكَّامٌ; كَاتِبٌ *scriba*, pl. كُتَّابٌ.

IX. فَعَلَةٌ فَاعِلٌ, quae de creaturis ratione praeditis adhibentur neque a radd. ult. و et ى derivata sunt, ut كَامِلٌ *perfectus*, pl. كَمَلَةٌ; بَآئِعٌ *venditor*, pl. بَاعَةٌ pro بَيَعَةٌ.

X. فُعَلَةٌ فَاعِلٌ, quae a radd. ult. و et ى ducta sunt et de creaturis ratione praeditis adhibentur, ut غَازٍ *miles*, pl. غُزَاةٌ pro غُزَوَةٌ; قَاضٍ *judex*, pl. قُضَاةٌ pro قُضَيَةٌ.

XI. فِعَلَةٌ

1. فُعْلٌ, ut دُبٌّ *ursus*, pl. دِبَبَةٌ; كُوزٌ *urceus*, pl. كِوَزَةٌ.
2. فَعْلٌ (nonnulla), ut زَوْجٌ *conjux*, pl. زِوَجَةٌ.
3. فِعْلٌ (nonnulla), ut قِرْدٌ *simia*, pl. قِرَدَةٌ.

XII. فِعْلَةٌ

1. فَعْلٌ, ut ثَوْرٌ *taurus*, pl. ثِيرَةٌ.
2. فُعْلٌ, ut غُصْنٌ *ramus*, pl. غِصْنَةٌ.

XII. فِعْلَةٌ

3. فَعْلٌ, ut أَخٌ pro أَخَوٌ *frater*, pl. إِخْوَةٌ.
4. فَعَالٌ, ut غَزَالٌ *dorcas*, pl. غِزْلَةٌ.
5. فُعَالٌ, ut غُلَامٌ *servus*, pl. غِلْمَةٌ.
6. فَعِيلٌ, ut صَبِيٌّ pro صَبِيوٌ *puer*, pl. صِبْيَةٌ.

XIII. أَفْعُلٌ

1. فَعْلٌ, ut بَحْرٌ *mare*, pl. أَبْحُرٌ; وَجْهٌ *facies*, pl. أَوْجُهٌ.
2. فَعَلٌ, 3. فِعْلٌ, 4. فُعْلٌ, interdum, modo ne a radd. mediae و et ى derivata sint, ut عَصًا pro عَصَوٌ *baculum*, pl. أَعْصٍ pro أَعْصُىٌ; رِجْلٌ *pes*, pl. أَرْجُلٌ; قُفْلٌ *sera*, pl. أَقْفُلٌ.
5. femm. quadrilitera, quae ة non terminantur et inter med. et ult. radicalem literam quiescentem habent, ut ذِرَاعٌ *brachium* (v. pag. 92), pl. أَذْرُعٌ; يَمِينٌ *juramentum* (v. pag. 93), pl. أَيْمُنٌ.

Adnot. Formam pl. fr. أَفْعُلٌ etiam nomina aliarum formarum habent, ea adeo, quae a radd. med. و et ى ducta sunt, ut سَبُعٌ *leo*, pl. أَسْبُعٌ; نَهَارٌ *dies*, pl. أَنْهُرٌ; عَيْنٌ *oculus*, pl. أَعْيُنٌ; دَارٌ *domus*, pl. أَدْوُرٌ.

XIV. أَفْعَالٌ

1. trill. omnium formarum, raro tamen ea, quae formarum فُعَلٌ et فَعْلٌ sunt, ut مَطَرٌ *pluvia*, pl. أَمْطَارٌ; إِبْلٌ *cameli*, pl. آبَالٌ; إِسْمٌ pro سُمْوٌ *nomen*, pl. أَسْمَآءٌ; إِبْنٌ pro بَنَوٌ *filius*, pl. أَبْنَآءٌ; عَضُدٌ *brachium*, pl. أَعْضَادٌ; رُطَبٌ

dactylus, pl. أَرْطَابٌ; فَرْخٌ *pullus*, pl. أَفْرَاخٌ.

2. فَعْلٌ, quae a radd. med. و et ى ducta sunt vel quorum prima rad. و est, ut سَيْفٌ *gladius*, pl. أَسْيَافٌ; يَوْمٌ *dies*, pl. أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ; وَقْتٌ *tempus*, pl. أَوْقَاتٌ.

XIV. أَفْعَالٌ

3. فَاعِلٌ (raro), ut طَاهِرٌ *purus*, pl. أَطْهَارٌ.

4. فَعِيلٌ, quae non sunt pass. signific. (raro), ut شَرِيفٌ *nobilis*, pl. أَشْرَافٌ; مَيْتٌ ex مَوِيتٌ (§262) *mortuus*, pl. أَمْوَاتٌ.

5. nonnulla aliarum formarum, ut عَدُوٌّ *hostis*, pl. أَعْدَآءٌ.

XV. أَفْعِلَةٌ

1. quadrill., quorum penultima litera quiescens est, inprimis nn. formarum فَعَالٌ et فِعَالٌ, ut جَنَاحٌ *ala*, pl. أَجْنِحَةٌ; إِلَهٌ pro إِلَاهٌ *deus*, pl. آلِهَةٌ; إِمَامٌ *antistes sacrorum*, pl. أَئِمَّةٌ pro أَأْمِمَةٌ; عَمُودٌ *columna*, pl. أَعْمِدَةٌ; رَغِيفٌ *placenta*, pl. أَرْغِفَةٌ.

2. فَعِيلٌ, quae a radd. med. gem. vel ult. و et ى ducta sunt, ut عَزِيزٌ *magnificus*, pl. أَعِزَّةٌ; صَبِيٌّ pro صَبِيوٌ *puer*, pl. أَصْبِيَةٌ.

XVI. فَوَاعِلُ

1. فَاعَلٌ, ut طَابَقٌ *sartago*, pl. طَوَابِقُ.

2. فَاعِلٌ (nn. substt.), ut قَالِبٌ *forma ad quam aut in qua aliquid fingitur* pl. قَوَالِبُ.

XVI. فَوَاعِلُ

3. فَاعِلَةٌ (nn. substt. et adjj. femm.), ut صَاعِقَةٌ *fulmen*, pl. صَوَاعِقُ.
4. فَاعِلَاءُ (nn. substt. et adjj. femm.), ut قَاصِعَآءُ *foramen muris*, pl. قَوَاصِعُ.
5. فَاعِلٌ (nn. substt. verbb. mascc., sed raro), ut فَارِسٌ *eques*, pl. فَوَارِسُ; تَابِعٌ *assecla*, pl. تَوَابِعُ.

XVII. فَعَآئِلُ

femm. quadrill., quorum tertia litera est litera servilis vel quiescens, quam vocalis homogenea antecedit, necnon eadem femm. literâ ة aucta, ut عَجُوزٌ *anus*, pl. عَجَآئِزُ; عَجِيبَةٌ *res mira*, pl. عَجَآئِبُ; سَحَابَةٌ *nubes*, pl. سَحَآئِبُ.

XVIII. فِعْلَانٌ

1. فُعَالٌ, ut غُلَامٌ *puer*, pl. غِلْمَانٌ.
2. فَعَالٌ, ut غَزَالٌ *dorcas*, pl. غِزْلَانٌ.
3. فُعَلٌ, ut صُرَدٌ *species avis*, pl. صِرْدَانٌ.
4. فُعْلٌ (nonnulla), ut حُوتٌ *piscis*, pl. حِيتَانٌ.
5. فَعْلٌ (nonnulla), ut تَاجٌ *corona*, pl. تِيجَانٌ.
6. فَاعِلٌ (nonnulla), ut حَآئِطٌ *murus*, pl. حِيطَانٌ.

Adnot. Plurr. frr. nn. أَخٌ pro أَخَوٌ *frater*, صَبِيٌّ *puer* et فَتًى *juvenis*, sunt إِخْوَانٌ, صِبْيَانٌ et فِتْيَانٌ.

XIX. فُعْلَانٌ

1. فَعَلٌ, ut بَلَدٌ *oppidum*, pl. بُلْدَانٌ.
2. فَعْلٌ, ut سَقْفٌ *tectum*, pl. سُقْفَانٌ.
3. فَعِيلٌ, ut رَغِيفٌ *placenta*, pl. رُغْفَانٌ.

XIX. فُعْلَانٌ 4. فَاعِلٌ adjj. verbb., quae tanquam substt. usurpantur neque a radd. med. و et ى ducta sunt, ut فَارِسٌ *eques*, pl. فُرْسَانٌ.

XX. فُعَلَآءُ
1. فَعِيلٌ, adjj. mascc., quae non sunt signific. pass., ut فَقِيرٌ *pauper*, pl. فُقَرَآءُ; أَمِيرٌ *princeps*, pl. أُمَرَآءُ; خَلِيفَةٌ, pl. خُلَفَآءُ.
2. فَاعِلٌ, nonnulla adjj. mascc. neque a radd. med. neque a radd. ult. و et ى ducta et de creaturis ratione praeditis adhibita, ut شَاعِرٌ *poëta*, pl. شُعَرَآءُ.

XXI. أَفْعِلَآءُ فَعِيلٌ, adjj. mascc., quae a radd. med. gem. et ult. و et ى ducta sunt, ut حَبِيبٌ *amicus*, pl. أَحِبَّآءُ; غَنِيٌّ *dives*, pl. أَغْنِيَآءُ.

XXII. فَعْلَى
1. فَعِيلٌ
2. فَاعِلٌ
3. فَعِلٌ
4. أَفْعَلُ
adjj. *noxas et corporum et animorum* indicantia, ut قَتِيلٌ *occisus*, pl. قَتْلَى; جَرِيحٌ *vulneratus*, pl. جَرْحَى; مَيِّتٌ pro مَيْوِتٌ *mortuus*, pl. مَوْتَى; هَالِكٌ *periens*, pl. هَلْكَى; حَمِقٌ et أَحْمَقُ *stultus*, pl. حَمْقَى.
5. فَعْلَانُ (adjj.), ut كَسْلَانُ *piger*, pl. كَسْلَى; غَضْبَانُ *iracundus*, pl. غَضْبَى.

XXIII. فَعَالِي
1. فَعْلَآءُ, ut عَذْرَآءُ *virgo*, pl. عَذَارِى; صَحْرَآءُ *campus*, pl. صَحَارِى.
2. فَعْلَى, ut فَتْوَى *responsum sapientis*, pl. فَتَاوِى.

XXIII. فَعَالِى

3. فِعْلَى, ut ذِفْرَى *partes cranii protuberantes*, pl. ذَفَارِى.

4. فُعْلَى (adjj. femm.), ut حُبْلَى *mulier gravida*, pl. حَبَالِى.

Adnot. Plurr. frr. nn. لَيْلٌ *nox* et أَهْلٌ *familia* sunt لَيَالِى et أَهَالِى vel etiam لَيَالٍ et أَهَالٍ.

XXIV. فَعَالَى

1. Eadem nn. substt. et adjj., quae formam superiorem habent, ut عَذْرَآءُ pl. عَذَارَى; فَتْوَى, pl. فَتَاوَى.

2. فَعْلَانُ (adjj.), ut سَكْرَانُ *ebrius*, pl. سَكَارَى.

Adnot. Pro فَعَالَى etiam فُعَالَى et فِعَالَى inveniuntur, ut كُسَالَى et كِسَالَى pro كَسَالَى.

3. فَعِيلَةٌ, femm., quae a radd. ult. و et ى ducta sunt, ut هَدِيَّةٌ *donum*, pl. هَدَايَا; مَنِيَّةٌ *fatum*, pl. مَنَايَا.

Adnot. Scribitur هَدَايَا pro هَدَايِى, ne duo ى concurrant (cf. § 201 Adnot. *a.*)

XXV. فَعِيلٌ (rara.)

1. فَعْلٌ, ut عَبْدٌ *servus*, pl. عَبِيدٌ.

2. فِعَالٌ, ut حِمَارٌ *asinus*, pl. حَمِيرٌ.

3. فَاعِلٌ, ut غَازٍ *miles*, pl. غَزِىٌّ ex غَزِيوٌ.

XXVI. فُعُولَةٌ (rara.)

فَعْلٌ, ut بَعْلٌ *maritus*, pl. بُعُولَةٌ; عَمٌّ *patruus*, pl. عُمُومَةٌ; عَيْرٌ *onager*, pl. عُيُورَةٌ.

XXVII. فِعَالَةٌ

1. فَعَلٌ, ut حَجَرٌ *lapis*, pl. حِجَارَةٌ.

XXVII. فِعَالَةٌ 2. فَاعِلٌ, ut صَاحِبٌ *socius*, pl. صِحَابَةٌ, pro quo etiam صَحَابَةٌ dicitur.

XXVIII. فَعَلٌ { 1. فَعْلَةٌ 2. فَعْلَةٌ 3. فَاعِلٌ } (pauca quaedam), ut بَكْرَةٌ *trochlea*, pl. بَكَرٌ; حَلْقَةٌ *annulus*, pl. حَلَقٌ; طَالِبٌ *qui aliquid quaerit*, pl. طَلَبٌ.

Adnot. *a*. Tenendum tamen est, has regulas de variis formis plurr. frr. et singularium inter se respondentibus multis exceptionibus obnoxias esse.

Adnot. *b*. Formae plurr. frr., quae a formis singg., quibus ex usu respondent, nimium recedunt, non ex his singg. formis, sed ex aliis formis singg. deperditis vel minus usitatis orti esse videntur. Ita plurr. frr. formae فُعَلَاءُ singularibus formae فَاعِلٌ respondentes a singg. deperditis formae فَعِيلٌ ducendi sunt, ut pl. fr. شُعَرَآءُ *poëtae*, qui ex usu sing. شَاعِرٌ respondet, a forma haud usitata شَعِيرٌ.

Adnot. *c*. Ex tabula antecedenti patet, unum sing. plures habere posse pl. fr. formas, ut بَحْرٌ *mare*, pl. fr. بِحَارٌ, بُحُورٌ et أَبْحُرٌ; عَبْدٌ *servus*, pl. fr. عِبَادٌ, عُبُدٌ, عَبِيدٌ, أَعْبُدٌ, عُبْدَانٌ al. — Potest etiam unus sing. unam vel plures pl. fr. formas et simul etiam pl. sanum habere, ut شَاهِدٌ *testis*, pl. شَوَاهِدُ, شُهُودٌ et شَاهِدُونَ. — Ubi a sing., qui plurium significationum est, plures formae pl. fr. ducuntur, saepe fit, ut unaquaeque sing. significatio vel plures (duae vel tres) ejus significationes unam vel plures (duas vel tres) pl. fr. formas sibi soli, vel solis proprias vel certe sibi maxime respondentes habeant. Ita عَيْنٌ signif. 1) *oculum*, 2) *fontem*, 3) *essentiam* alicujus rei, 4) *personam dignitate conspicuam*; pll. frr. primae signif. sunt عُيُونٌ, أَعْيُنٌ, raro أَعْيَانٌ, secundae عُيُونٌ et أَعْيُنٌ, unus tertiae et quartae أَعْيَانٌ. Item بَطْنٌ signif. 1) *ventrem*, 2) *interiorem partem rei*, 3) *tribum*, 4) *pennam alarum avis mediam et longissimam*; plurr. frr. primae et secundae signif. sunt بُطُونٌ et أَبْطُنٌ, tertiae بُطُونٌ et بُطْنَانٌ; unus quartae بُطْنَانٌ.

321. Formas pluralis fracti nn. substt. et adjj. ex quatuor vel pluribus quam quatuor literis constantium, numero tres, unâ cum singularibus, quibus respondent, haec tabula exhibet.

Formam plur. fracti	habent nomina (substt. adjj.)
I. فَعَالِلُ (تَفَاعِلُ) (مَفَاعِلُ) (أَفَاعِلُ)	quadrilitera (non numeratâ finali ة), quorum omnes literae radicales sunt, ut صِفْدِعٌ *rana*, pl. صَفَادِعُ, قَنْطَرَةٌ *pons*, pl. قَنَاطِرُ. Item quadrilitera (non numeratâ ة finali) literis ت, م et ا praefixis ex radd. trill. orta, ut تَجْرِبَةٌ *experientia*, pl. تَجَارِبُ; مَعِيشَةٌ pro مَعْيِشَةٌ *victus*, pl. مَعَايِشُ; إِصْبَعٌ *digitus*, pl. أَصَابِعُ.

Adnot. *a.* In plurr. frr. formae مَفَاعِلُ a radd. med. ى derivatis ى post ا productionis posita, utpote quae radicalis sit, Hèmzâ non instruitur, id quod fit in forma pl. fr. nn. trill. XVII فَعَائِلُ, ut مَسَايِحُ pl. a مَسَاحٌ s. مَسَاحَةٌ *spatium obeunti patens*, a rad. سَاحَ pro سَيَحَ; مَسَائِحُ pl. a مَسِيحَةٌ *cincinnus*, a مَسَحَ. — In plurr. frr. ejusdem formae a radd. med. و derivatis و servatur, in paucis verbis item in ئ mutatur, ut مَصَاوِبُ, item مَصَائِبُ a مُصِيبَةٌ *casus adversus*.

Adnot. *b.* Ab adjj. formae أَفْعَلُ signific. superl. habentibus, ubi substantiva personalia sunt, plurr. frr. formae أَفَاعِلُ formantur, ut أَكْبَرُ *permagnus*, أَكَابِرُ *magnates*.

II. فَعَالِيلُ	quinquelitera, quorum litera penultima litera productionis est, ut دِينَارٌ *denarius*, pl. دَنَانِيرُ (quasi a دِنَّارٌ); سُلْطَانٌ *imperator*, pl. سَلَاطِينُ;

II. فَعَالِيلُ (تَفَاعِيلُ) (مَفَاعِيلُ) (أَفَاعِيلُ) (يَفَاعِيلُ) (فَوَاعِيلُ) — سِكِّينٌ *culter*, pl. سَكَاكِينُ; كُرْسِيٌّ *solium*, pl. كَرَاسِيُّ pro كَرَاسِيِيُ; تَصْوِيرٌ *simulacrum*, pl. تَصَاوِيرُ; مِفْتَاحٌ *clavis*, pl. مَفَاتِيحُ; مِسْكِينٌ *pauper*, pl. مَسَاكِينُ; إِكْلِيلٌ *corona*, pl. أَكَالِيلُ; يَنْبُوعٌ *fons*, pl. يَنَابِيعُ; بَاسُورٌ *haemorrhoïs*, pl. بَوَاسِيرُ (cf. § 152); جَامُوسٌ *bubalus*, pl. جَوَامِيسُ.

III. فَعَالِلَةٌ —

1. interdum quinquelitera, quorum litera penultima litera productionis est, ut إِبْلِيسٌ *diabolus*, pl. أَبَالِيسُ et أَبَالِسَةٌ; تِلْمِيذٌ *discipulus*, pl. تَلَامِيذُ et تَلَامِذَةٌ.
2. quadrilitera, quae non habent literam productionis ante ultimam radicalem, maxime nn. originis peregrinae nec non magnus numerus adjj. rell., quae quatuor vel plurium quam quatuor literarum sunt, ut أُسْقُفٌ *episcopus*, pl. أَسَاقِفُ et أَسَاقِفَةٌ; فَيْلَسُوفٌ *philosophus*, pl. فَلَاسِفَةٌ; مَغْرِبِيٌّ *Maurus*, pl. مَغَارِبَةٌ; بَغْدَادِيٌّ *Baġdâdensis*, pl. بَغَادِدَةٌ.

Adnot. *a*. In plurr. frr. nominum, quae, non numeratis literis productionis et ة finali, ex quinque vel pluribus quam quinque literis constant, una ex literis radicalibus, maxime ultima, abjicitur, ut عَنْكَبُوتٌ *aranea*, pl. عَنَاكِبُ (cf. § 299).

Adnot. *b*. Formae plurr. frr. nn. quadriliterorum etiam iis pluralibus, quae ab aliis pluralibus derivati sunt ideoque جَمْعُ ٱلْجَمْعِ *plurales pluralium* dicuntur, formandis inserviunt, ut ظُفْرٌ *ungula*, pl. أَظْفَارٌ pl. pl. أَظَافِيرُ; يَدٌ pro يَدْيٌ *manus*, pl. أَيْدٍ pro أَيْدُيٌ, pl. pl. أَيَادٍ. — A plurr. frr. etiam plu-

rales plurr. sani feminini formantur, ut بَيْتٌ *domus*, pl. بُيُوتٌ, pl. pl. بُيُوتَاتٌ *complexiones domorum.* — Qui plurales plurr. nonnisi ubi res, quas significant numero ad minimum novem et plures quam novem sunt, aut earum numerus indefinitus est, usurpari possunt.

Adnot. *c.* A permultis adjj. rell., iis potissimum, quae relationes sectae, familiae et clientelae indicant, plurr. additâ literâ ة formantur, ut شَافِعِيٌّ pl. شَافِعِيَّةٌ *assecla Schafe'i*; صُوفِيٌّ pl. صُوفِيَّةٌ *Ṣûfii*; عُثْمَانِيٌّ, pl. عُثْمَانِيَّةٌ *ex familia 'Oṯmâni prognati* vel *ejus clientes.*

Adnot. *d.* Nonnullorum nominum plurr. anomali sunt vel ab alia quam singularis radice originem duxerunt, ut أُمٌّ *mater*, pl. أُمَّهَاتٌ; فَمٌ *os*, pl. أَفْوَاهٌ (a sing. فُوهٌ); مَآءٌ *aqua*, pl. أَمْوَاهٌ vel مِيَاهٌ (a sing. مَاهٌ); إِمْرَأَةٌ *femina*, pl. نِسَآءٌ, نِسْوَةٌ et نِسْوَانٌ. إِنْسَانٌ *homo* pl. habet أَنَاسٌ et per aphaeresin نَاسٌ.

322. Ad notionem quod attinet, plurales fracti a sanis eo differunt, quod hi denotant plura alicujus generis individua a se invicem distincta, illi ex origine multitudinem individuorum alicujus generis, in qua singulorum a se invicem distinctorum notio plane periit, quae tanquam totum, in quo singula distingui nequeunt, oculis obversatur. Ita عَبْدُونَ sunt *servi, plures servi,* عَبِيدٌ proprie *servitus* (Sklavenschaft); شُبَّانٌ (ut شَبَابٌ) *juventus,* (Jugend); مَشْيَخَةٌ *senectus,* (quasi Alterschaft); عُثْمَانِيَّةٌ *familia 'Oṯmânidarum* (Othmanenschaft). Sunt igitur plurales fracti proprie singulares notione *collectiva* praediti et in multis ad *abstractam* accedentia; quo etiam fit, ut omnes generis feminini sint*).

Adnot. A plurr. frr. distinguenda sunt nn. أَشْبَاهُ ٱلْجَمْعِ *plurali similia*, ut نَحْلٌ *apes*; de quibus cff. § 266 et § 308. Illos *collectiva abstracta*, haec *collectiva concreta* dixeris. Tertium collectivorum genus id est, cujus significationi collectivi notio inhae-

*) Masculini generis per synesin tantum esse possunt.

II. فَعَالِيلُ (تَفَاعِيلُ) (مَفَاعِيلُ) (أَفَاعِيلُ) (يَفَاعِيلُ) (فَوَاعِيلُ)

سِكِّينٌ *culter*, pl. سَكَاكِينُ; كُرْسِيٌّ *solium*, pl. كَرَاسِيُّ pro كَرَاسِيىُ; تَصْوِيرٌ *simulacrum*, pl. تَصَاوِيرُ; مِفْتَاحٌ *clavis*, pl. مَفَاتِيحُ; مِسْكِينٌ *pauper*, pl. مَسَاكِينُ; إِكْلِيلٌ *corona*, pl. أَكَالِيلُ; يَنْبُوعٌ *fons*, pl. يَنَابِيعُ; بَاسُورٌ *haemorrhoïs*, pl. بَوَاسِيرُ (cf. § 152); جَامُوسٌ *bubalus*, pl. جَوَامِيسُ.

III. فَعَالِلَةٌ

1. interdum quinquelitera, quorum litera penultima litera productionis est, ut إِبْلِيسٌ *diabolus*, pl. أَبَالِيسُ et أَبَالِسَةٌ; تِلْمِيذٌ *discipulus*, pl. تَلَامِيذُ et تَلَامِذَةٌ.
2. quadrilitera, quae non habent literam productionis ante ultimam radicalem, maxime nn. originis peregrinae nec non magnus numerus adjj. rell., quae quatuor vel plurium quam quatuor literarum sunt, ut أُسْقُفٌّ *episcopus*, pl. أَسَاقِفُ et أَسَاقِفَةٌ; فَيْلَسُوفٌ *philosophus*, pl. فَلَاسِفَةٌ; مَغْرِبِيٌّ *Maurus*, pl. مَغَارِبَةٌ; بَغْدَادِيٌّ *Baġdâdensis*, pl. بَغَادِدَةٌ.

Adnot. *a*. In plurr. frr. nominum, quae, non numeratis literis productionis et ة finali, ex quinque vel pluribus quam quinque literis constant, una ex literis radicalibus, maxime ultima, abjicitur, ut عَنْكَبُوتٌ *aranea*, pl. عَنَاكِبُ (cf. § 299).

Adnot. *b*. Formae plurr. frr. nn. quadriliterorum etiam iis pluralibus, quae ab aliis pluralibus derivati sunt ideoque جَمْعُ ٱلْجَمْعِ *plurales pluralium* dicuntur, formandis inserviunt, ut ظُفْرٌ *ungula*, pl. أَظْفَارٌ pl. pl. أَظَافِيرُ; يَدٌ pro يَدْىٌ *manus*, pl. أَيْدٍ pro أَيْدُىٌ, pl. pl. أَيَادٍ. — A plurr. frr. etiam plu-

rales plurr. sani feminini formantur, ut بَيْتٌ *domus*, pl. بُيُوتٌ, pl. pl. بُيُوتَاتٌ *complexiones domorum.* — Qui plurales plurr. nonnisi ubi res, quas significant numero ad minimum novem et plures quam novem sunt, aut earum numerus indefinitus est, usurpari possunt.

Adnot. *c.* A permultis adjj. rell., iis potissimum, quae relationes sectae, familiae et clientelae indicant, plurr. additâ literâ ةٌ formantur, ut شَافِعِيٌّ pl. شَافِعِيَّةٌ *assecla Schafe'i*; صُوفِيٌّ pl. صُوفِيَّةٌ *Sûfii*; عُثْمَانِيٌّ, pl. عُثْمَانِيَّةٌ *ex familia 'Otmâni prognati* vel *ejus clientes.*

Adnot. *d.* Nonnullorum nominum plurr. anomali sunt vel ab alia quam singularis radice originem duxerunt, ut أُمٌّ *mater*, pl. أُمَّهَاتٌ; فَمٌ *os*, pl. أَفْوَاهٌ (a sing. فُوهٌ); مَآءٌ *aqua*, pl. أَمْوَاهٌ vel مِيَاهٌ (a sing. مَاهٌ); إِمْرَأَةٌ *femina*, pl. نِسَآءٌ, نِسْوَةٌ et نِسْوَانٌ. إِنْسَانٌ *homo* pl. habet أَنَاسٌ et per aphaeresin نَاسٌ.

322. Ad notionem quod attinet, plurales fracti a sanis eo differunt, quod hi denotant plura alicujus generis individua a se invicem distincta, illi ex origine multitudinem individuorum alicujus generis, in qua singulorum a se invicem distinctorum notio plane periit, quae tanquam totum, in quo singula distingui nequeunt, oculis obversatur. Ita عَبْدُونَ sunt *servi, plures servi,* عَبِيدٌ proprie *servitus* (Sklavenschaft); شُبَّانٌ (ut شَبَابٌ) *juventus,* (Jugend); مَشْيَخَةٌ *senectus,* (quasi Alterschaft); عُثْمَانِيَّةٌ *familia 'Otmânidarum* (Othmanenschaft). Sunt igitur plurales fracti proprie singulares notione *collectiva* praediti et in multis ad *abstractam* accedentia; quo etiam fit, ut omnes generis feminini sint*).

Adnot. A plurr. frr. distinguenda sunt nn. أَشْبَاهُ ٱلْجَمْعِ *plurali similia*, ut نَحْلٌ *apes*; de quibus cff. § 266 et § 308. Illos *collectiva abstracta*, haec *collectiva concreta* dixeris. Tertium collectivorum genus id est, cujus significationi collectivi notio inhae-

*) Masculini generis per synesin tantum esse possunt.

ret, quae nn. *significatione collectiva* dixeris, ut قَوْمٌ *gens*, عَسْكَرٌ *exercitus*. Significatione collectiva et plurali similia eo a se differunt, quod ab his singulares formantur, ab illis formari nequeunt.

323. Plurales sani et plurr. frr. formarum XII. XIII. XIV et XV, ubi nomina, a quibus formantur, nullum alium praeter eos pluralem habent, de personis et rebus decadem non excedentibus (tribus — decem) tantum usurpantur ideoque جُمُوعُ ٱلْقِلَّةِ *plurales paucitatis* appellantur. Reliquis pluralibus contra nomen est جُمُوعُ ٱلْكَثْرَةِ *plurales multitudinis*.

4. De declinatione nominum.

a) De declinatione nominum indefinitorum.

324. Nomina substt. et adjj. indefinita in singulari aut triptota sunt, aut diptota. Triptota ea sunt, quae tres terminationes casibus designandis inservientes habent, ـٌ (Nom.), ـٍ (Gen. Dat. Abl.) et ـًا vel ـً [vid. § 8 Adnot.] (Acc.), diptota, quibus duae tantum casuum terminationes sunt, ـُ (Nom.) et ـَ (Gen. Dat. Abl. Acc.). Illa a grammaticis Arabicis مُنْصَرِفٌ *declinabilia*, haec غَيْرُ مُنْصَرِفٍ *indeclinabilia* vocantur. — Dualis duas casuum terminationes masc. et fem. generi communes habet, ـَانِ (Nom.) et ـَيْنِ (Gen. Dat. Abl. Acc.). — Pluralis sanus in utroque genere, masc. et fem., duas casuum notas habet, in illo ـُونَ (Nom.) et ـِينَ (Gen. Dat. Abl. Acc.), in hoc ـَاتٌ (Nom.) et ـَاتٍ (Gen. Dat. Abl. Acc.). — Plurales fracti ut singulares aut triptoti sunt: ـٌ (Nom.) ـٍ (Gen. Dat. Abl.), ـًا (Acc.), aut diptoti: ـُ (Nom.) et ـَ (Gen. Dat. Abl. Acc.). — Paradigma declinationis nominum substantivorum et adjectivorum indefinitorum haec tabula ob oculos ponit.

Triptota.

	Nomen substantivum. Masculinum.	Nomen substantivum. Femininum.	Nomen adjectivum. Masculinum.	Nomen adjectivum. Femininum.
Singularis.				
Nom.	رَجُلٌ *vir*	جَنَّةٌ *hortus*	جَالِسٌ *sedens*	جَالِسَةٌ
Gen. etc.	رَجُلٍ	جَنَّةٍ	جَالِسٍ	جَالِسَةٍ
Acc.	رَجُلًا	جَنَّةً	جَالِسًا	جَالِسَةً
Dualis.				
Nom.	رَجُلَانِ	جَنَّتَانِ	جَالِسَانِ	جَالِسَتَانِ
Gen.-Acc.	رَجُلَيْنِ	جَنَّتَيْنِ	جَالِسَيْنِ	جَالِسَتَيْنِ
Pluralis sanus.				
Nom.	زَيْدُونَ	جَنَّاتٌ	جَالِسُونَ	جَالِسَاتٌ
Gen.-Acc.	زَيْدِينَ	جَنَّاتٍ	جَالِسِينَ	جَالِسَاتٍ
Pluralis fractus.				
Nom.	رِجَالٌ	نِسَآءٌ *feminae.*	كِبَارٌ *magni*	نُوَّحٌ *feminae*
Gen. etc.	رِجَالٍ	نِسَآءٍ	كِبَارٍ	نُوَّحٍ *plan-*
Acc.	رِجَالًا	نِسَآءً	كِبَارًا	نُوَّحًا *gentes.*

Diptota.

	Nomen substantivum. Masculinum.	Nomen substantivum. Femininum.	Nomen adjectivum. Masculinum.	Nomen adjectivum. Femininum.
Singularis.				
Nom.	عُثْمَانُ *ʿOṯmân*	زَيْنَبُ *Zeïnab*	أَسْوَدُ *niger,*	سَوْدَآءُ *ni-*
Gen.-Acc.	عُثْمَانَ	زَيْنَبَ	أَسْوَدَ	سَوْدَآءَ *gra.*
Dualis.				
Nom.	عُثْمَانَانِ	زَيْنَبَانِ	أَسْوَدَانِ	سَوْدَاوَانِ
Gen.-Acc.	عُثْمَانَيْنِ	زَيْنَبَيْنِ	أَسْوَدَيْنِ	سَوْدَاوَيْنِ

Pluralis sanus.		Pluralis sanus.
Nom. عُثْمَانُونَ	زَيْنَبَاتٌ	أَفْضَلُونَ *viri excel-*
Gen.-Acc. عُثْمَانِينَ	زَيْنَبَاتٍ	أَفْضَلِينَ *lentes.*

Pluralis fractus.	Pluralis fractus.
Nom. دَرَاهِمُ *drachmae*	ذَوَابِلُ *flaccidi, ac.*
Gen.-Acc. دَرَاهِمَ	ذَوَابِلَ

325. Diptota sunt

1. Nonnullarum formarum plurales fracti:

   a) Plurr. frr. quatuor syllabarum, quarum prima et secunda Fèthâ notatae sunt, tertia cum Kèsrâ pronuntiatur, plurr. frr. formarum فَوَاعِلُ (XVI), فَعَائِلُ (XVII), فَعَالِلُ etc. et فَعَالِيلُ etc. (I et II eorum nominum, quae plurium, quam trium literarum sunt), ut تَوَابِعُ *asseclae,* عَجَائِبُ *res mirae,* قَنَاطِرُ *pontes,* سَلَاطِينُ *imperatores.*

   b) Plurr. frr. formarum in Hèmzam, cui Èlif Meddâ instructum antecedit (ـَآء), exeuntium, فُعَلَآءُ (XX) et أَفْعِلَآءُ (XXI), ut حُكَمَآءُ *sapientes,* أَوْلِيَآءُ *amici;* cf. 2. a) et 3. b).

   c) Plurr. frr. formarum Èlif brevi et vocali î terminatarum, فَعْلَى (XXII), فَعَالِي (XXIII) et فَعَالَى (XXIV), ut جَرْحَى *vulnerati, virgines,* نَصَارَى *Christiani;* مَدَارِي cf. 2. b) et 3. b).

2. Multa nn. substt. appellativa et nn. adjj.:

   a) Nn. substt. appell. et nn. adjj. in Hèmzam, cui Èlif Meddâ instructum (ـَآء) antecedit, exeuntia, iis exceptis, in quibus Hèmza litera radicalis est, ut in قَرَّآءٌ *lector,* (cf. § 315 Adnot. *c.* et § 317 Adnot. *e.*), ut عَذْرَآءُ *virgo,* بَيْضَآءُ *alba* (§ 311); cf. 1. b) et 3. b).

   b) Nn. adjj. et nn. substt. appell. in Èlif breve exeuntia, iis exceptis, in quibus Èlif breve litera radicalis est (ut in هُدًى *directio*), ut سَكْرَى *ebria* (§ 312), دُنْيَا

mundus (§ 311); صُغْرَى *perquam parva* (ib.), أُولَى *prima* (ib.); cf. 1. c) et 3. b).

c) Adjj. formae أَفْعَل (§ 254 et 255), quorum femm. formarum فُعْلَى et فَعْلَآء sunt (§ 311), ut أَعْجَب *mirabilior*, fem. عُجْبَى, أَحْمَر *ruber*, fem. حَمْرَآء. Contra ea adjj. formae أَفْعَل, quorum femm. literâ ة adjectâ formantur, triptota sunt, ut أَرْمَلٌ *viduus*, أَرْمَلَةٌ *vidua*. Nn. substt. appellativa ejusdem formae et triptota et diptota esse possunt, ut أَجْدَلٌ et أَجْدَل *accipiter*.

d) Adjj. formae فَعْلَان, quorum femm. non formantur additâ literâ ة, sed formae فَعْلَى sunt (§ 312), ut سَكْرَان *ebrius*, fem. سَكْرَى. Ejusdem formae adjj., quorum femm. literâ ة adjectâ formantur (§ 312 Adnot.), triptota sunt, ut نَدْمَانٌ, fem. نَدْمَانَةٌ. Adjj. formae فُعْلَان, quum eorum femm. semper additâ literâ ة formentur (§ 312 Adnot.), triptota sunt, ut عُرْيَانٌ *nudus*, fem. عُرْيَانَةٌ.

e) Numeralia distributiva formarum فُعَال et مَفْعَل ut أُحَادُ, وُحَادُ et مَوْحَدُ *singuli*; ثُنَآءُ et مَثْنَى *bini*; ثُلَاثُ et مَثْلَثُ *terni* etc. Item أُخَرُ, pl. fr. ab آخَرُ et أُخْرَى, *alii* et *aliae*.

3. Multa nomina propria:

a) Nn. prr. virorum peregrina, iis exceptis, quae ex tribus literis, quarum media ǵèzmata vel litera productionis est, constant, ut آدَمُ *Adam*, إِبْرَاهِيمُ *Ibrâhîm* (Abraham), إِسْحٰقُ *Isḥâq* (Isaac), دَاوُدُ *Dâvûd* (David); contra نُوحٌ *Nûḥ* (Noë), لُوطٌ *Lûṭ* (Loth).

b) Nn. prr. in Èlif breve exeuntia [cf. 1. c) et 2. b)] et Hèmza, cui Èlif Meddâ notatum antecedit (ـَآء), terminata [cf. 1. c) et 2. a)], ut يَحْيَى *Johannes*, زَكَرِيَّآء *Sacarijjâ* (Zacharias).

c) Nn. prr. in ـَان exeuntia, sive peregrina sunt, sive

arabica, ut غَطَفَانُ *Gaṭafân*, عُثْمَانُ *'Oṯmân*, سُلَيْمَانُ *Suleïmân* (Salomo).

d) Nn. prr., quorum forma formis verbalibus فَعَّلَ et فُعِلَ vel alicui ex personis imperfecti similis est, ut شَمَّرُ *Schammar*, ضُرِبُ *Ḍurib*, أَحْمَدُ *Aḥmed*, يَزِيدُ *Jezîd*.

e) Nn. appell. femm. plurium quam trium literarum, ubi nn. prr. fiunt, ut عَقْرَبٌ *scorpio*, عَقْرَبُ *'Aqrab* (n. viri).

f) Nn. prr. femm. in ة exeuntia, necnon nn. mascc. eâdem literâ terminata, ut مَكَّةُ *Mecca*, فَاطِمَةُ *Fâṭima*; طَلْحَةُ *Ṭalḥa* (n. pr. viri).

g) Nn. prr. feminina in ة non exeuntia, quae vel originis peregrinae, vel plurium quam trium literarum, vel denique trilitera quidem sunt, sed mediam radicalem vocali signatam habent, ut مِصْرُ *Aegyptus*, زَيْنَبُ *Zeïnab*, سَقَرُ *ignis tartareus* (n. pr. partis inferni). Contra nn. prr. feminarum ex tribus literis, quarum media ǵezmata est, constantia triptota et diptota esse possunt, ut هِنْدٌ et هِنْدُ, دَعْدٌ et دَعْدُ.

h) Nn. prr. virorum et feminarum, quae ex nn. appell. vel adjj. derivata sunt vel esse videntur, maxime nn. prr. virorum formae فُعَلُ et nn. prr. feminarum formae فَعَالِ, ut عُمَرُ *'Omar*, زُفَرُ *Zofar* (nn. prr. virorum); قَطَامِ *Qaṭâm*, غَلَابِ *Galâb* (nn. prr. feminarum); quae nn. ab adjj. عَامِرٌ, زَافِرٌ, قَاطِمَةٌ et غَالِبَةٌ ducta esse videntur.

Adnot. In nn. prr. compositis مُرَكَّبٌ مَزَجِيٌّ dictis (vid. § 284) aut utraque vox priorem declinationem sequitur, ita ut posterior in genitivo ponatur, prior, utpote posteriore definita (vid. § 329), nunationem amittat, aut prior omnino non declinatur, altera posterioris declinationis est, ut حَضْرُ مَوْتٍ (Nom.), حَضْرِ مَوْتٍ (Gen. Dat. Abl.), حَضْرَ مَوْتٍ (Acc.), aut حَضْرَ مَوْتُ (Nom.), حَضْرَ مَوْتَ (Gen. Acc.).

326. Nomina in terminationem ـًى ex ـَوٌ et ـَىٌ ortam (vid. § 235 et § 265) exeuntia, quae nn. prioris declinationis sunt [cf. § 325 2. b)], item nomina Èlif brevi et vocali î (ـَى et ـَا et ـِى) terminata, quae nn. posteriorem declinationem sequuntur [vid. § 325 1. c) 2. b) et 3. b)], in casibus obliquis exitum nominativi servant, ita ut eorum declinatio virtualis, تَقْدِيرِيٌّ, tantum sit, non expressa, لَفْظِيٌّ, et externa, ظَاهِرٌ. Ita عَصًى pro عَصَوٌ, عَصَوٍ et عَصَوًا, رَحًى pro رَحَيٌ, رَحَيٍ et رَحَيًا, بُشْرَى pro بُشْرَىُ et بُشْرَىَ, عَذَارِى pro عَذَارِىُ et عَذَارِىَ dicitur.

327. Nomina, quae in terminationem ـٍ ex ـِوٌ et ـِىٌ (vid. § 189 II 3) et paradigg. verbb. Tab. XVIII p. XXI l. 4 et 12 ar.) atque ex ـٍّوٌ et ـٍّىٌ (vid. paradigg. verbb. Tab. XVIII p. XXI l. 5 ar.) ortam exeunt, in gen. (dat. abl.) eundem, quem in nom., exitum habent, in acc. autem regulas § 189 I. expositas sequentes in ـِيًا exeunt, ut غَازٍ nom. et gen. pro غَازِوٌ et غَازِوٍ, acc. غَازِيًا; رَامٍ nom. et gen. pro رَامِيٌ et رَامِيٍ, acc. رَامِيًا; مُغَزٍّ (n. ag. f. II rad. غَزَا) nom. et gen. pro مُغَزِّيٌ et مُغَزِّيٍ, acc. مُغَزِّيًا; مُرْمٍ (n. ag. f. IV rad. رَمَى) nom. et gen. pro مُرْمِيٌ et مُرْمِيٍ, acc. مُرْمِيًا; تَغَزٍّ (n. verbi f. V rad. غَزَا) nom. et gen. pro تَغَزِّيٌ et تَغَزِّيٍ, acc. تَغَزِّيًا, تَمَنٍّ (n. verbi f. V. rad. مَنَى) nom. et gen. pro تَمَنِّيٌ et تَمَنِّيٍ, acc. تَمَنِّيًا.

328. Plurales fracti formae فَوَاعِل a radd. ultimae و et ى derivati, in nom. non posteriores, quod secundum regulam supra § 325 1. a) expositam expectares, sed prioris declinationis sunt, non in ـِى, ex ـِىُ sed in ـٍ ex ـِىٌ ortum exeuntes. Qua de caussa secundum regulam in § superiori expositam in gen. terminationem nom., etiam in hoc casu priorem declinationem sequentes, conservant. In acc. autem declinationis posterioris sunt, ut جَوَارٍ nom. et gen. ex جَوَارِيٌ et جَوَارِيٍ, non جَوَارِى pro جَوَارِىُ et جَوَارِىَ; acc. جَوَارِىَ.

b) De declinatione nominum definitorum.

329. Nomina indefinita definita redduntur 1. articulo أَلْ praefixo, 2. a) nomine definito in genitivo posito sequente, b) pronomine personali suffixo.

330. Ubi articulus nominibus indefinitis praefigitur,

1. nn. triptota nunationem amittunt, ut

Nom.	ٱلرَّجُلُ	ٱلْحَسَنُ	ٱلْمَدِينَةُ	ٱلْمُحْصَنَةُ
Gen. etc.	ٱلرَّجُلِ	ٱلْحَسَنِ	ٱلْمَدِينَةِ	ٱلْمُحْصَنَةِ
Acc.	ٱلرَّجُلَ	ٱلْحَسَنَ	ٱلْمَدِينَةَ	ٱلْمُحْصَنَةَ

2. nn. diptota triptota fiunt in gen. terminatione triptotorum definitorum instructi, ut

Nom.	ٱلْأَسْوَدُ *niger*,	ٱلْبَيْضَآءُ *alba*
Gen. etc.	ٱلْأَسْوَدِ	ٱلْبَيْضَآءِ
Acc.	ٱلْأَسْوَدَ	ٱلْبَيْضَآءَ

3. Plurales sani feminini nunatione privantur, ut

Nom. ٱلظُّلُمَاتُ *tenebrae*

Gen.-Acc. ٱلظُّلُمَاتِ

Adnot. Plurales sani masculini et duales praefixo articulo non mutantur.

331. Ubi nomen in genitivo positum nominibus indefinitis annectitur

1. Singulares et plurales fracti prioris et posterioris declinationis eodem modo declinantur, quo singg. et plurr. frr. triptoti et diptoti, qui articulo instructi sunt, ut

Nom.	كِتَابُ ٱللّٰهِ *liber Dei*	أَسْفَلُ ٱلْأَرْضِ *infima*
Gen. etc.	كِتَابِ ٱللّٰهِ	أَسْفَلِ ٱلْأَرْضِ *pars ter-*
Acc.	كِتَابَ ٱللّٰهِ	أَسْفَلَ ٱلْأَرْضِ *rae.*

Adnot. *a.* Verba أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, هَنٌ *res parva*, ubi nomen in gen. positum iis adjungitur, post vocales, in quas nunatione abjecta exeunt, ـُ, ـِ et ـَ, literas productionis و, ى et ا adsciscunt, ita ut in nom. أَخُو, أَبُو, حَمُو, هَنُو, pro أَبٌ etc., in gen. أَبِى, أَخِى, حَمِى,

هَنِى pro أَبٍ etc., in acc. أَبَا, أَخَا, حَمَا, هَنَا, pro أَبَ etc. dicatur. — Verbi ذُو *qui aliquam rem habet*, cui gen. nunquam non adjungitur, gen. ذِى, acc. ذَا est. — Verbi فَمٌ *os*, pro فُوهٌ usurpati, ubi ei gen. annectitur, nom. فَمُ et فُو, gen. فَمِ et فِى, acc. فَمَ et فَا est.

Adnot. *b*. Nn. propria prioris declinationis, ubi verbum ٱبْنٌ *filius* ea sequitur, nunationem amittunt, ut مُحَمَّدُ بْنُ جَعْفَرٍ, *Muhammed filius Ga'fari*. De ٱ verbi ٱبْنٌ omisso vid. §. 21 2).

Adnot. *c*. Pro بِنْتٌ *filia*, ubi huic nomini gen. annectitur, ٱبْنَةٌ dicere licet.

2. Dualis terminationem ن amittit, ut

Nom. جَآءَ عَبْدَا ٱلسُّلْطَانِ *venerunt duo servi imperatoris.*

Gen.-Acc. رَأَيْتُ جَارِيَتَىْ أَبِى *vidi duas servas patris mei.*

Adnot. Ubi secundum casum dualis Èlif unionis sequitur, ى gézmatum, in quod exit, Kèsrâ signatur, ut مَرَرْتُ بِجَارِيَتَيِ ٱلْمَلِكِ *praeterii duas puellas regis*; vid. § 20 3).

3. Pluralis sanus masculinus terminatione نَ privatur, ut

Nom. جَآءَ بَنُو ٱلْمَلِكِ *venerunt filii regis.*

Gen.-Acc. رَأَيْتُ بَنِى ٱلْمَلِكِ *vidi filios regis.*

Adnot. Ubi nominativus pluralis in ـَوْنَ ex ـَيُونَ contractum (§ 317 Adnot. *a*.) exit, haec terminatio sequente genitivo in ـَوْ abbreviatur. Ubi vocem in ـَوْ exeuntem vox ab ٱ incipiens sequitur, و gézmate notatum, ut ambae voces in legendo conjungantur, Dammam adsciscit, ut مُصْطَفَوُ ٱللّٰهِ pro مُصْطَفَوْ ٱللّٰهِ *electi a Deo*; vid. § 20 3). — De ا otiante, quod saepe, quamquam non recte, terminationibus ـُو et ـَو subjungitur, vid. § 7 Adnot. *a*.

332. Nomina indefinita, ubi pronomina suffixa ad ea accedunt, has mutationes subeunt:

1. Triptota et plurales sani feminini nunatione, duales et plurales sani masculini terminationibus نِ et نَ privantur,

ut كِتَابُهُ *liber ejus*, a كِتَابٌ; ظُلُمَاتُهَا *tenebrae ejus*, a ظُلُمَاتٌ; كِتَابَاكُمْ *libri duo vestri*, a كِتَابَانِ; بَنِيكَ *filios tuos*, a بَنِينَ.

2. Ante suffixum primae personae singularis ـِي (vid. § 333 et § 207 Adnot. *a.*) vocales, in quas nn. triptota nunatione privata exeunt, eliduntur, ita ut omnes casus eandem formam induant, ut كِتَابِي *liber, ri, rum meus, i, um.* Idem in plurales sanos femininos et nn. diptota cadit, ut ظُلُمَاتِي *tenebrae meae*, a ظُلُمَاتٌ, تَوَابِعِي *asseclae mei*, a تَوَابِعُ.

3. Ubi nomen in ة exit, haec litera ante suffixa in ت mutatur, ut نِعْمَتِي *beneficium meum*, a نِعْمَةٌ; cf. § 315 Adnot. *a*.

4. Ubi nomen Èlif mobili vel Hèmzâ terminatur, haec litera ante pronomina suffixa cum Ḍammâ (Nom.) in ؤ, cum Kèsra (Gen.) in ئ transit, ut نِسَآؤُهُ *mulieres ejus*, لِنِسَآئِهِ *mulieribus ejus*, a نِسَآءٌ *mulieres*.

Appendix.

De suffixis nominum genitivum denotantibus.

333. Pronomina suffix. nominum genitivum denotantia, ut supra § 207 Adnot. *a* dictum est, solo suffixo primae personae singularis excepto, quod non, ut ejusdem personae suffixum verbale, نِي, sed ـِي est, plane eadem sunt ac pronomina suffixa verborum accusativum denotantia, quorum tabulam § 207 exhibet.

Adnot. *a*. Suffixum primae pers. sing. ـِي, ubi verbum, ad quod accedit, vocalibus longis ـَا, ـِي et ـُو vel diphthongis ـَيْ et ـَوْ terminatur, Kèsrâ elisâ et ى quiescenti in ى mobile Fètḥâ instructum mutato, in يَ transit. Ubi verbum, ad quod suff. يَ ex ـِي ortum accedit, vocali ـَا terminatur, haec vocalis immutata manet, ubi in ـِي vel ـَيْ exit, ى harum termina-

tionum cum ى suffixi in يّ coalescit, ubi denique vocali ـُو vel diphthongo ـَوْ terminatur, hujus diphth. et illius vocalis و in ى mutatum cum ى suffixi in يّ conjungitur, ut خَطَايَاىَ *peccata mea* ex خَطَايَاءى a خَطَايَا; غُلَامَاىَ *duo servi mei* ex غُلَامَاءى a غُلَامَا nom. dual. terminatione ن privato v. غُلَامٌ; عَصَاىَ *baculus meus* pro عَصَاءى ab عَصًا; قَاضِيَّ *judex meus* ex قَاضِيىَ pro قَاضِيءى a قَاضٍ; مُسْلِمِيَّ *Moslemos meos* ex مُسْلِمِيىَ pro مُسْلِمِيءى a مُسْلِمِي, casu obl. plur. term. نَ privato v. مُسْلِمٌ; غُلَامَيَّ *duorum servorum meorum* ex غُلَامَيْىَ pro غُلَامَيْءى a غُلَامَيْ, casu obl. dual. term. نِ privato v. غُلَامٌ; مُسْلِمِيَّ *Moslemi mei* ex مُسْلِمُوىَ pro مُسْلِمُوءى a مُسْلِمُو, nom. plur. term. نَ privato v. مُسْلِمٌ; مُصْطَفَيَّ *electi mei* ex مُصْطَفَوْىَ pro مُصْطَفَوْءى a مُصْطَفَوْ, nom. plur. term. نَ privato v. مُصْطَفًى.

Adnot. *b*. Ut ى suffixi *verbalis* primae pers. sing., نِي (vid. § 207 Adnot. *c*.), ita eadem litera ejusdem personae suffixi *nominalis*, ـِي, interdum, maxime, ubi nomen, cui annectitur, in vocativo, brevitatis amantissimo, positum est, abjicitur, ut رَبِّ *domine mi*.

Adnot. *c*. Idem, quod in Dammam suffixorum *verbalium* tertiae personae هُ, هُمَا, هُمْ, هُنَّ, post Kèsram vel brevem vel longam (ـِي) et diphthongum *ai* (ـَيْ) positam cadit, ut in Kèsram mutetur (vid. § 207 Adnot. *b*), de eàdem suffixorum *nominalium* vocali valet, ut كِتَابِهِ *libri ejus*, كِتَابِهِمَا *libri eorum duorum*, كِتَابِهِمْ *libri eorum*, جَارِيَتَيْهِ *puellarum duarum ejus*.

B. *De nominibus numeralibus.*

1. De numeralibus cardinalibus.

334. Prima numeralium cardinalium decas haec est:

	Masc.	Fem.			Masc.	Fem.
1.	أَحَدٌ	إِحْدَى (§ 311 Adnot.)		6.	سِتَّةٌ	سِتٌّ
	وَاحِدٌ	وَاحِدَةٌ		7.	سَبْعَةٌ	سَبْعٌ
2.	إِثْنَانِ	إِثْنَتَانِ		8.	ثَمَانِيَةٌ	ثَمَانٍ
3.	ثَلَاثَةٌ	ثَلَاثٌ		9.	تِسْعَةٌ	تِسْعٌ
4.	أَرْبَعَةٌ	أَرْبَعٌ		10.	عَشَرَةٌ	عَشْرٌ
5.	خَمْسَةٌ	خَمْسٌ				

Adnot. Pro ثَلَاثَةٌ et ثَلَاثٌ etiam ثَلٰثَةٌ et ثَلٰثٌ nec non ثَلَثَةٌ et ثَلَثٌ scribitur; cf. § 6 Adnot. — سِتٌّ secundum lexicographos Arabicos ex سِدْتٌ [vid. § 14 [3])] idque ex سِدْسٌ ortum est. Quam sententiam veram esse, demin. سُدَيْسَةٌ et سُدْسٌ *sextans* arguit.

335. Numm. cardd. 3—10 ut in lingua hebraica in masc. femininam, in fem. masculinam formam habent. Cujus rei caussa haec esse videtur. Numm. cardd 3—10 primitus substantiva abstracta eamque ob caussam feminina erant, ut ثَلَاثَةٌ *trias*, eine Drei, Dreiheit. Quum vero deinceps etiam ut adjectiva usurparentur eamque ob rem substantivorum suorum genus sequerentur, factum est, ut forma feminina, utpote quae jam usitata erat, ad genus proximum, i. e., utpote potius, masculinum, contra forma masculina, ut remotior, utpote serius orta, ad genus remotius, i. e., utpote inferius, femininum designandum destinaretur. Quae genera distinguendi et gen. masc. formâ femininâ, gen. fem. formâ masculinâ designandi ratio denique ibi etiam invaluit, ubi numm. cardd. substt. sunt et cum genitivo nomm. substt. suorum conjunguntur. Cf. § 337.

336. Numm. cardd. 1—10, dualibus إِثْنَانِ et إِثْنَتَانِ

exceptis, triptota sunt. ثَمَانٍ ex ثَمَانِيٌ ortum est et in gen. ثَمَانٍ, in acc. ثَمَانِيًا habet; vid. §§ 189 II 3), 327 et 189 I.

337. Numm. cardd. 3—10 vel ut substantiva vel ut adjectiva usurpantur. Ut adjectiva ubi usurpantur, substantivis suis postponuntur eorumque cum genere et casu concordant, ut رِجَالٍ ثَلَاثَةٍ *trium virorum*, نِسْوَةٍ ثَلَاثٍ *trium feminarum*. Substantiva ubi sunt, rem numeratam ejus genus sequentes in gen. sibi subjungunt eamque ob caussam ex reg. § 331 1. exposita nunatione privantur, ut ثَلَاثَةُ رِجَالٍ *tres viri* pr. *trias virorum*, ثَلَاثُ نِسْوَةٍ *tres feminae* pr. *trias feminarum*.

Adnot. *a.* ثَمَانٍ, ubi nomen in gen. positum ei subjunctum est, in nom. et gen. in ثَمَانِي, in acc. in ثَمَانِيَ mutatur.

Adnot. *b.* Etiam numm. إِثْنَانِ et إِثْنَتَانِ rem numeratam in gen. sibi subjungere possunt, idque si fit, syllabam نَ amittunt, ut إِثْنَا رِجَالٍ *duo viri*, pr. *δύας ἀνδρῶν*.

Adnot. *c.* Ubi articulus ad numm. 3—10 accedit, nunationem amittunt; cf. § 330.

338. Numm. cardd. 11—19 haec tabula exhibet:

	Masculinum.	Femininum.
11.	أَحَدَ عَشَرَ	إِحْدَى عَشْرَةَ
12.	إِثْنَا عَشَرَ	إِثْنَتَا عَشْرَةَ
13.	ثَلَاثَةَ عَشَرَ	ثَلَاثَ عَشْرَةَ
14.	أَرْبَعَةَ عَشَرَ	أَرْبَعَ عَشْرَةَ
15.	خَمْسَةَ عَشَرَ	خَمْسَ عَشْرَةَ
16.	سِتَّةَ عَشَرَ	سِتَّ عَشْرَةَ
17.	سَبْعَةَ عَشَرَ	سَبْعَ عَشْرَةَ
18.	ثَمَانِيَةَ عَشَرَ	ثَمَانِيَ عَشْرَةَ
19.	تِسْعَةَ عَشَرَ	تِسْعَ عَشْرَةَ

Adnot. *a.* Pro ثَمَانِيَ عَشْرَةَ etiam ثَمَانِي, ثَمَانِ et ثَمَانَ عَشْرَةَ dicitur.

Adnot. *b.* Numeralia uniones, quae ad denarium accedentes numeros 13—19 efficiunt, significantia aeque ac numeralia 3—10 in masc. femininam, in fem. masculinam formam habent. Contra numerale denarium indicans in masc. masculinae, in fem. femininae terminationis est.

Adnot. *c.* Numeralia 11—19, إِثْنَا عَشَرَ et إِثْنَتَا عَشْرَةَ, quae in gen. et acc. إِثْنَيْ عَشَرَ et إِثْنَتَيْ عَشْرَةَ habent, exceptis, indeclinabilia sunt.

339. Numm. cardd. denaria inde a 20 usque ad 90 haec sunt:

20. عِشْرُونَ	50. خَمْسُونَ	80. ثَمَانُونَ
30. ثَلَاثُونَ	60. سِتُّونَ	90. تِسْعُونَ
40. أَرْبَعُونَ	70. سَبْعُونَ	

Adnot. *a.* Pro ثَلَاثُونَ etiam ثَلَثُونَ scribitur.

Adnot. *b.* Numm. denaria 20—90 generis communis sunt et, ut plurr. sani, in nom. in ـُونَ, in gen. et acc. in ـِينَ exeunt. Ubique ut substantiva usurpantur et rem numeratam in acc. sibi subjungunt eamque ob caussam terminationem نَ amittere non solent. Interdum tamen, ubi genitivum possessoris regunt, in nom. in ـُوا, in gen. et acc. in ـِي exeunt.

340. Numm. cardd. numeros ex denariis a secundo ad nonum usque et unionibus compositos denotantia, ita formantur, ut unionis numerale praeponatur, denarii interjectâ copulâ وَ subjungatur, ut أَحَدٌ وَعِشْرُونَ 21. Utrumque numerale declinatur, ut أَحَدٍ وَعِشْرِينَ gen., أَحَدًا وَعِشْرِينَ acc.

341. Numm. cardd. centenaria 100—900 hac tabula repraesentantur:

100.	مِائَةٌ	600.	سِتُّ مِائَةٍ
200.	مِائَتَانِ	700.	سَبْعُ مِائَةٍ
300.	ثَلَاثُ مِائَةٍ	800.	ثَمَانِ مِائَةٍ / ثَمَانِي مِائَةٍ
400.	أَرْبَعُ مِائَةٍ		
500.	خَمْسُ مِائَةٍ	900.	تِسْعُ مِائَةٍ.

Adnot. *a*. Pro مِائَةٌ etiam مِئَةٌ scribitur. — مِائَةٌ in plur. مِئُونَ , مِئَاتٌ et مِأًى , habet.

Adnot. *b*. Numm. unionum 3—9 in scribendo saepe cum voce مِائَةٍ in unam vocem coalescunt, ut أَرْبَعُمِائَةٍ.

342. Numm. cardd. a 1000—900,000 haec sunt.

1000.	أَلْفٌ	3000.	ثَلَاثَةُ آلَافٍ
2000.	أَلْفَانِ	4000.	أَرْبَعَةُ آلَافٍ

et sic porro.

11000.	أَحَدَ عَشَرَ أَلْفًا	12000.	إِثْنَا عَشَرَ أَلْفًا

et sic porro.

100,000.	مِائَةُ أَلْفٍ	300,000.	ثَلَثْمِائَةِ أَلْفٍ
200,000.	مِائَتَا أَلْفٍ	400,000.	أَرْبَعُمِائَةِ أَلْفٍ

et sic porro.

343. Numeralia numerum ex millibus, centenariis, denariis et unionibus compositum denotantia duplici ratione ordinantur. Aut enim primo loco millium, secundo centenariorum, tertio unionum et denariorum, aut primo loco horum, secundo centenariorum, tertio millium numerale collocatur, ut ثَلَاثَةُ آلَافٍ وَسَبْعُ مِائَةٍ وَأَحَدٌ وَعِشْرُونَ aut أَحَدٌ وَعِشْرُونَ وَسَبْعُ مِائَةٍ وَثَلَاثَةُ آلَافٍ, 3721.

2. De numeralibus ordinalibus.

344. Primam numeralium ordinalium decadem haec tabula repraesentat:

Masc.	Fem.		Masc.	Fem.	
أَوَّلُ	أُولَى	*primus, a.*	سَادِسٌ	سَادِسَةٌ	*sextus, a.*
ثَانٍ	ثَانِيَةٌ	*secundus, a.*	سَابِعٌ	سَابِعَةٌ	*septimus, a.*
ثَالِثٌ	ثَالِثَةٌ	*tertius, a.*	ثَامِنٌ	ثَامِنَةٌ	*octavus, a.*
رَابِعٌ	رَابِعَةٌ	*quartus, a.*	تَاسِعٌ	تَاسِعَةٌ	*nonus, a.*
خَامِسٌ	خَامِسَةٌ	*quintus, a.*	عَاشِرٌ	عَاشِرَةٌ	*decimus, a.*

345. Numm. ordd. 11—19 haec sunt:

Masc.	Fem.	
حَادِىَ عَشَرَ	حَادِيَةَ عَشَرَ	*undecimus, a.*
ثَانِىَ عَشَرَ	ثَانِيَةَ عَشَرَ	*duodecimus, a.*
ثَالِثَ عَشَرَ	ثَالِثَةَ عَشَرَ	*decimus, a tertius, a.*

et sic porro.

Adnot. Numm. ordd. 11—19, ubi indeterminata sunt, non declinantur. Ubi articulo determinantur, numerale unionis, cui articulus praefigitur, declinatur, denarii numerale immutatum manet, ut ٱلثَّالِثُ عَشَرَ, ٱلثَّالِثِ عَشَرَ, ٱلثَّالِثَ عَشَرَ. Ubi articulus vocibus حَادِى et ثَانِى praefigitur, in nom. et gen. ٱلْحَادِى et ٱلثَّانِى, in acc. ٱلْحَادِىَ et ٱلثَّانِىَ dicitur.

346. Numm. ordd. denaria 20—90 non propriis vocabulis, sed numeralibus denariis cardinalibus designantur, ut عِشْرُونَ *vigesimus.* — Ubi ad numm. ordd. denaria eadem unionum numm. accedunt, haec illis praemittuntur, illa his plerumque interjectâ copulâ وَ subjunguntur, ut حَادِى وَعِشْرُونَ (gen. حَادِى وَعِشْرِينَ, acc. حَادِىَ وَعِشْرِينَ), حَادِيَةٌ وَعِشْرُونَ *vigesimus, a primus, a.* — Articulus, ubi numm. ordd. ex denariis et unionibus composita eo determinantur, utrique voci praefigitur, ut ٱلرَّابِعُ وَٱلْعِشْرُونَ *vigesimus quartus.*

3. De reliquis numeralibus.

347. Adverbia numeralium cardinalium: semel, bis, ter etc. indicantur: 1) Accusativis nominum vicis, aut, ubi haec desunt, nominum actionis, ut قَامَ قَوْمَةً وَقَوْمَتَيْنِ *surrexit semel et bis*, قَاتَلَ قِتَالًا وَاحِدًا وَقِتَالَيْنِ *pugnavit semel et bis*, قَامَ ثَلٰثَ قَوْمَاتٍ *surrexit ter* etc. Licet etiam simplices numeros cardinales ponere, subintellectis nominibus verbalibus. 2) Nominibus مَرَّةً etc. ut (وَاحِدَةً) مَرَّةً *semel*, مَرَّتَيْنِ *bis*, ثَلٰثَ دَفَعَاتٍ *ter*, عِشْرِينَ كَرَّةً *vicies* etc.

348. Adverbia numeralium ordinalium: prima, secunda, tertia vice etc. aut accusativo numeralis ordinalis ad tempus finitum — elliptice pro nomine ejus verbi, cujus tempus finitum antecedit et acc. numeralis ordinalis — adjecto, aut accusativo vocabulorum مَرَّةٌ etc. cum acc. numeralium ordinalium conjuncto designantur, ut جَآءَ ثَالِثًا ell. pro جَآءَ مَجِيئًا ثَالِثًا et جَآءَ مَرَّةً ثَالِثَةً *venit tertia vice*, er kam ein drittes Mal. Item: Er kam das dritte Mal vel per جَآءَ ٱلْمَرَّةَ ٱلثَّالِثَةَ vel per جَآءَ ٱلثَّالِثَ exprimitur.

349. Numeri distributivi aut numeralibus cardinalibus bis positis designantur, ut وَاحِدٌ وَاحِدٌ *singuli*, إِثْنَانِ إِثْنَانِ *bini*, aut numeralibus formarum فُعَالُ et مَفْعَلُ vel semel positis vel repetitis significantur, ut وُحَادُ, أُحَادُ أُحَادُ, أُحَادُ, مَوْحَدُ *singuli*, ثُنَآءُ ثُنَآءُ et مَثْنَى مَثْنَى *bini*. (Cf. § 325 2. e).

350. Numeralia multiplicativa nominibus patientis f. II verborum a numm. cardinalibus formatorum denotantur, ut مُثَلَّثٌ *triplicatus*. — *Simplex* est مُفْرَدٌ.

351. Numeralia partium, ex quibus aliquid compositum est, numerum indicantia formae فُعَالِيٌّ sunt, ut رُبَاعِيٌّ tetrastichum *ex quatuor* hemistichiis in eundem rythmum finalem exeuntibus *compositum*.

352. Numeri fracti infra denarium numeralibus forma-

rum فُعْلٌ, فُعُلٌ et فَعِيلٌ designantur, ut ثُلْثٌ, ثُلُثٌ et ثَلِيثٌ *triens*, سُدْسٌ et سُدُسٌ *sextans*. Dimidium est نِصْفٌ. Numeri fracti denarium superantes circumscriptione exprimuntur, ut ثَلَاثَةُ أَجْزَآءٍ مِنْ عِشْرِينَ جُزْءًا $\frac{3}{20}$.

353. Temporis spatium, quo elapso aliquid recurrere solet, accusativo numeralium formae فِعْلٌ vel articulo instructo, vel eo carente significatur, ut ٱلثِّلْثَ et ثِلْثًا *per quodvis triduum, trimestre, triennium.*

C. *De nominibus demonstrativis et conjunctivis.*

354. Nomina demonstrativa, quibus articulum adnumeramus, et nomina conjunctiva, quibus nomina interrogativa adjungimus, quia utraque ex nostra ratione pronomina sunt, illa demonstrativa, haec relativa, uno comprehendimus capite.

1. De nominibus demonstrativis et articulo.

355. Nomina demonstrativa, أَسْمَآءُ ٱلْإِشَارَةِ, in simplicia et composita dividuntur.

356. Nomen demonstrativum simplex hoc est:

Sing.

Masc. ذَا (interdum ذَآءِ, ذَائِهِ) *hic, ille.*

Fem. ذِي (ذِهْ, ذِهِي, ذِهِ), تِي (تِهْ, تِهِي) تَا *haec, illa.*

Dual.

Masc. { Nom. ذَانِ *hi, illi duo.* — Gen.-Acc. ذَيْنِ *horum* etc. *duorum, hos* etc. *duos.* }

Fem. { Nom. تَانِ *hae, illae duae.* — Gen.-Acc. تَيْنِ *harum* etc. *duarum, has* etc. *duas.* }

Plur.

Comm. أُولَى et frequentius أُولَآءِ *hi, hae* etc.

Simplex haec pronominis demonstrativi forma personae vel rei propinquae indicandae inservit.

357. Ex nomm. demonstrativis simplicibus composita oriuntur

1) adjectis pronominibus suffixis sec. pers. كَ, كِ, كُمَا, كُمْ, كُنَّ, et quidem vel *a*) solis, vel *b*) syllabâ لِ auctis;
2) particulâ هَا praefixâ.

358. Genus et numerus suffixi ad nomen demonstrativum simplex adjecti a genere et numero personae vel personarum, ad quas sermo dirigitur, pendere solet. Ubi ad unam pers. masc. sermo dirigitur, ذَاكَ, ubi ad unam fem., ذَاكِ ponitur, et sic porro. Quamquam ذَاكَ etiam, ubi sermo ad pers. fem. vel ad plures personas dirigitur, poni potest. — Significatu haec nn. demonstrativa a simplicibus eo differunt, quod personam vel rem remotam demonstrant.

Sing.

Masc. ذَاكَ *ille, iste, illud, istud.*

Fem. تَاكَ, تِيكَ *illa, ista.*

Dual.

Masc. { Nom. ذَانِكَ *illi, isti duo.*
Gen.-Acc. ذَيْنِكَ *illorum, istorum duorum* etc.

Fem. { Nom. تَانِكَ *illae, istae duae.*
Gen.-Acc. تَيْنِكَ *illarum, istarum duarum* etc.

Plur.

Comm. أُلَآئِكَ et أُلَاكَ (serius et usitatius أُولَآئِكَ et أُولَاكَ) *illi, ae, isti, ae.*

359. Syllabâ لِ suffixis sec. pers. ad nomen demonstrativum simplex adjectis praefixâ formae sequentes oriuntur:

Sing.

Masc. ذٰلِكَ, ذَلِكَ (vid. § 6 Adnot.) *ille, iste, illud, istud.*

Fem. تِلْكَ, ex تَالِكَ, quod rarum est, contr., *illa, ista.*

Dual.

Masc.	Nom. ذَانِّكَ, contr. ex ذَانِلِكَ, *illi, isti duo.*
	Gen.-Acc. ذَيْنِّكَ, contr. ex ذَيْنِلِكَ, *illorum, istorum duorum* etc.
Fem.	Nom. تَانِّكَ, contr. ex تَانِلِكَ, *illae, istae duae.*
	Gen.-Acc. تَيْنِّكَ, contr. ex تَيْنِلِكَ, *illarum, istarum duarum* etc.

Plur.

Comm. أُلَالِكَ, أُولَالِكَ (raro) *illi, isti* etc.

Significatu hae formae a formis ذَاكَ etc. non differunt, sed in prosa oratione usitatiores sunt.

Adnot. Syllabam لِ cave pro praepositione لِ habeas. Quod non esse verum, ex Kèsra, quacum pronuntiatur, patet. Nam Kèsra praepositionis لِ cum suffixo sec. pers. conjunctae in Fètham mutatur: لَكَ etc. Est vero ل nominum demonstrativorum ذَلِكَ etc. litera demonstrativa, quae etiam in articulo et in nominibus conjunctivis conspicitur; vid. infra § 361 et § 363.

360. Particula هَا, quae eandem, quae Latinorum *ce* in *hicce* etc., vim habet et ab Arabibus حَرْفُ تَنْبِيهٍ, *particula attentioni excitandae inserviens,* appellatur, et nomm. dem. simplicibus et nomm. dem. ذَاكَ etc., nunquam nomm. dem. ذَلِكَ etc. praefigitur. Ante ذَا etc. defective scribitur, ante ذَاكَ etc. plene.

Sing.

Masc. هٰذَا, هَذَا (vid. § 6 Adnot.) *hicce.*
Fem. هٰذِى, هَذِى, usitatius هٰذِهِ, هَذِهِ *haecce.*

Dual.

Masc.	Nom. هٰذَانِ, هَذَانِ *hice duo.*
	Gen.-Acc. هٰذَيْنِ, هَذَيْنِ *horumce duorum* etc.

Fem. { Nom. هَتَانِ, هٰتَانِ *haece duae.*
Gen.-Acc. هَتَيْنِ, هٰتَيْنِ *harumce duarum* etc.

Plur.

Comm. هَؤُلَآءِ, هٰؤُلَآءِ *hice, haece.*

Pro ذَاكَ eodem modo هَاذَاكَ etc. dicitur.

361. Articulus, أَلْ, ab Arabibus أَدَاةُ ٱلتَّعْرِيفِ, *instrumentum determinationis,* ٱلْأَلِفُ وَٱللَّامُ, *Èlif et Lâm,* لَامُ ٱلتَّعْرِيفِ, *Lâm determinationis,* et simpliciter ٱللَّامُ, *Lâm,* dictus ex litera ل, cui demonstrandi vis inest (cf. 359 Adnot. et § 363) atque ex أَ, ut pronuntiari possit, ei praemisso compositus est. Vis demonstrativa, quam ex origine habuit atque in أَلْيَوْمَ *hodie,* أَلْآنَ *nunc* et similibus etiam nunc habet, in determinativam abiit.

2. De nominibus conjunctivis et interrogativis.

a. De nominibus conjunctivis.

362. Nomina conjunctiva haec sunt:

1) ٱلَّذِى *qui, quod,* ٱلَّتِى *quae* etc.

2) مَنْ *is, qui, ea, quae,* مَا *id, quod.*

3) أَىٌّ *is, qui,* أَيَّةٌ *ea, quae.*

4) أَيُّمَنْ *quisquis,* أَيُّمَا *quidquid.*

Adnot. Nomina مَنْ et مَا, أَىٌّ et أَيَّةٌ eorumque composita أَيُّمَنْ et أَيُّمَا etiam, et quidem ex origine, interrogativa sunt; vid. infr. § 367—69. Quare proprie primum de interrogativa, deinde de conjunctiva eorum vi nobis disserendum est. Verum, ut nominibus demonstrativis relativa continuo adjungantur, primum de eorum vi conjunctiva, deinde de interrogativa disputabimus.

363. Nomen conjunctivum ٱلَّذِى, quod, ubi substantivum est, idem valet, quod مَنْ, مَا, i. e. *is, qui, id, quod,* fem. ٱلَّتِى *ea, quae,* ubi adjectivum est, necessario ad substantivum definitum refertur, ex articulo أَلْ, litera demon-

strativa ل (cf. § 359 et § 361) et nomine demonstrativo constat et, ut hoc nomen, proprias generum et numerorum atque in duali etiam casuum formas habet. Quarum usitatissimae hae sunt:

Sing.

Masc. ٱلَّذِى *qui, quod.*

Fem. ٱلَّتِى *quae.*

Dual.

Masc. Nom. ٱللَّذَانِ *qui duo.*
Gen.-Acc. ٱللَّذَيْنِ *quorum duorum* etc.

Fem. Nom. ٱللَّتَانِ *quae duae.*
Gen.-Acc. ٱللَّتَيْنِ *quarum duarum* etc.

Plur.

Masc. ٱلَّذِينَ *qui.*

Fem. ٱللَّاتِى *quae.*

Adnot. ٱلَّذِى, ٱلَّتِى et ٱلَّذِينَ, quia hae formae frequentissimi usus sunt, compendii caussa pro ٱللَّذِى, ٱللَّتِى et ٱللَّذِينَ scribuntur. Reliquae formae, rarius obviae, duplex Lâm, articuli et demonstrativum, servant.

364. Nomina conjunctiva مَنْ et مَا, quorum illud de animantibus ratione praeditis, hoc de iis, quae ratione carent, usurpatur, proprias generum, numerorum et casuum formas non habent et ab ٱلَّذِى etc. eo differunt, quod nunquam, ut saepissime illa, adjective, sed semper substantive adhibentur, ita ut Latinorum verbis is, qui, ea, quae, id, quod (gr. ὅστις, ἥτις, ὅ, τι) respondeant.

365. Nomina conjunctiva أَيٌّ, أَيَّةٌ *is, qui, ea, quae* in singulari declinantur, duali vero et plurali plerumque carent.

366. Ex أَيٌّ atque مَنْ et مَا nomina conjunctiva أَيُّمَنْ *quicunque* et أَيُّمَا *quodcunque* componuntur. Quorum nominum prior tantum pars, أَيٌّ, declinari potest: gen. أَيِّمَنْ et أَيِّمَا, acc. أَيَّمَنْ et أَيَّمَا.

b. De nominibus interrogativis.

367. Eadem nomina, quae conjunctiva sunt (praeter ٱلَّذِى), etiam, et quidem ex origine, interrogativa esse, supra § 362 Adnot. diximus. Ad quae nomina accedit nomen كَمْ *quantum, quot*, quod 1) interrogativum, 2) ex nostra ratione exclamativum, ex Arabum enuntiativum (لِلْإِخْبَارِ), nunquam autem conjunctivum est.

368. Nomen interrogativum مَنْ non nisi si solum pronuntiatur, velut, si quis dicentem: venit aliquis, vidi aliquem, interrogat: quis? quem? sc. venit, vidisti, generis, numeri casuumque terminationibus instruitur, in hunc modum:

Sing.

Masculinum.	Femininum.
Nom. مَنُو *quis?*	مَنَتْ، مَنْتَ، مَنَهْ *quae? cujus? quam?*
Gen. مَنِى *cujus?*	
Acc. مَنَا *quem?*	

Dual.

Masculinum.	Femininum.
Nom. مَنَانْ *qui duo?*	مَنَتَانْ *quae duae?*
Gen.-Acc. مَنَيْنْ *quorum duorum?* etc.	مَنَتَيْنْ *quarum duarum?* etc.

Plur.

Masculinum.	Femininum.
Nom. مَنُونْ *qui?*	مَنَاتْ *quae? quarum? quas?*
Gen.-Acc. مَنِينْ *quorum? quos?*	

Nomen interrogativum مَا nunquam declinatur.

369. Nomina interrogativa أَيٌّ et أَيَّةٌ *quis? quae?* aut cum alio nomine substantivo in genitivo posito vel cum suffixo conjunguntur, aut non conjunguntur. Illud ubi fit, nunationem, utpote nomine subjuncto vel pronomine suffixo definita, amittunt, atque duali et plurali carent, ut أَيُّ كِتَابٍ *quis liber?* pr. *quid libri?* أَيِّ كِتَابٍ *cujus libri?* أَيَّ كِتَابٍ *quem librum?* أَيَّةُ عَيْنٍ *quis oculus?* أَيُّهُمْ *quis eorum?* أَيَّتُهُنَّ *quae earum?* أَيٌّ haud raro etiam nominibus femininis praeponitur, ut أَيُّ عَيْنٍ *quis oculus?* pr. *quid oculi?* Ubi non conjunguntur, omnes numeri et casus ab iis formantur. Sola ubi ponuntur, eodem modo ac مَنْ declinantur, sic: أَيًّا *quem?* أَيَّةٌ *quam?* أَيَّانْ *qui duo?* أَيَّتَيْنْ *quarum duarum?* أَيُّونَ *qui?* أَيَّاتْ *quae? quarum? quas?*

Adnot. Pro أَيٌّ cum suffixis interdum generalius et indefinitius أَيُّمَا ponitur, ut أَيُّمَا أَحَبُّ إِلَيْكَ هُوَ أَمْ أَنَا *uter nostrum tibi carior est, ille an ego?* ubi أَيُّمَا est pro أَيُّنَا.

III. De particulis.

370. Particularum, ٱلْحُرُوفُ, quatuor species sunt: praepositiones, adverbia, conjunctiones, interjectiones.

A. *De praepositionibus.*

371. Praepositiones ab Arabibus appellantur حُرُوفُ ٱلْجَرِّ s. ٱلْجَارَّةُ, *particulae attractionis*, s. *attrahentes*, i. e. genitivum regentes. Quum autem nota distinctiva genitivi, i. e. vocalis *i*, et hinc genitivus ipse appelletur ٱلْخَفْضُ, *depressio*, ac genitivus propriam sedem habeat in annexione, quam multae praepositiones cum genitivis suis revera repraesentant (vid. § 374): alia earum nomina sunt حُرُوفُ ٱلْخَفْضِ, *particulae depressionis*, et حُرُوفُ ٱلْإِضَافَةِ, *particulae*

annexionis. Dividuntur autem in inseparabiles, i. e. eas, quae cum nomine sequente scribendo conjunguntur, et in separabiles, i. e. eas, quae separatim scribuntur.

372. Praepositiones inseparabiles ex una litera et vocali constant. Sunt autem hae:

بِ *in, cum, per* (bei, an, in, mit, durch);

تَ *per* (in jurejurando);

كَ *instar, sicut;*

لِ *ad,* nota dativi, *propter, causa;*

وَ *per* (in jurejurando).

Adnot. *a.* Ḍamma suffixorum tertiae personae هُ etc. post بِ in Kèsram mutatur, ut بِهِ, بِهِمْ etc.; cf. § 207 Adnot *b.* et § 333 Adnot. *c.*

Adnot. *b.* Kèsra praepositionis لِ cum suffixis conjunctae in Fètḥam transit, ut لَهُ *ei,* لَهُمْ *iis* etc. praeter لِي *mihi.*

373. Praepositionum separabilium duae sunt species. Alterae particulae, ex origine omnes biliterae vel triliterae, varie terminantur; alterae, proprie accusativi nominum per sequentem genitivum determinati ideoque nunatione carentes, in Fètḥam exeunt.

374. Prioris speciei usitatiores hae sunt:

فِي *in* cum abl. et acc., *inter, de;*

إِلَى *ad* (zu);

حَتَّى *usque ad* (bis zu, an);

عَلَى *super, supra, contra, ad, prae, propter, de;*

عَنْ *ab, post, pro;*

مِنْ *ex, ab, propter;*

مُنْذُ et مُذْ *inde ab.*

Adnot. *a.* إِلَى et عَلَى ante suffixa pronuntiationem, quam ex origine habebant, إِلَيْ et عَلَيْ (cf. אֱלֵי et עֲלֵי) servarunt,

ut عَلَيْكُمْ, إِلَيْكُمْ, عَلَيْهِ, إِلَيْهِ etc. Ḍamma suffixorum tertiae personae ـهُ etc. post diphthongum *ei* in Kèsram transit; cf. § 207 Adnot. *b.* et § 333 Adnot. *c.* Suff. primae pers. sing. ـِى cum إِلَى et عَلَى in إِلَىَّ et عَلَىَّ, cum فِى in فِىَّ conjungitur; cf. § 333 Adnot. *a.*

Adnot. *b.* ن praepositionum عَنْ et مِنْ cum suff. primae pers. sing. ـِى conjunctarum duplicatur, مِنِّى, عَنِّى vocibus مَنْ et مَا praefixarum vulgo in م transit, مِمَّا, مِمَّنْ, عَمَّا, عَمَّنْ. Item لَدُنِّى pro لَدُنِى a لَدُنْ *apud* dicitur.

Adnot. *c.* مُنْذُ, ex quo مُذْ contractum est, ex مِنْ ذُو (מֵאָז) *ex quo* ortum est.

375. Posterioris speciei exempla haec habe: بَيْنَ *inter*, بَعْدَ *post*, تَحْتَ *sub*, حَوْلَ *circum*, دُونَ *infra*, مَعَ *cum*, pro quo etiam مَعْ dicitur, عِنْدَ *juxta*, عِوَضَ *pro*, فَوْقَ *supra*, قَبْلَ *ante* (tempus), قُدَّامَ *ante* (locum), وَرَآءَ *pone*, *ultra*.

B. *De adverbiis.*

376. Adverbiorum in lingua Arabica tres species sunt. Prima ex variae originis particulis partim inseparabilibus, partim separabilibus, altera ex nominibus indeclinabilibus in *u* exeuntibus, tertia ex accusativis nominum constat.

377. Particulae adverbiales inseparabiles hae sunt:

أَ, adverbium interrogandi, حَرْفُ ٱسْتِفْهَامٍ *num? utrum? an?*

سَ, ex سَوْفَ, *in fine*, decurtatum, imperfecto praefigitur et rem vere futuram esse indicat, ut سَيَكْفِيكَهُمُ ٱللّٰهُ *Deus tibi sufficiet contra illos.*

لَ, adverbium affirmandi et asseverandi, *profecto, certe.*

378. Particularum adverbialium separabilium usitatissimae hae sunt:

أَمْ adverbium interrogandi, *an?* أَ — أَمْ *utrum — an?*

هَلْ *num? utrum?*

أَلَا, ex أَ et لَا, *nonne?*

أَمَا, ex أَ et مَا, id.;

أَيْنَ *ubi?* مِنْ أَيْنَ *unde?* إِلَى أَيْنَ *quo?* أَيْنَمَا *ubicunque;*

نَعَمْ, نَعِمْ *sane* (decurtatum ex نَعِمَ *gratum est*);

بَلَى *immo;*

لَا 1) adverbium negativum futuri et praesentis infiniti, ceterorum autem adverbiorum negativorum post وَ, *et*, vicarium, *non*; 2) adverbium prohibitivum, *ne*;

لَمْ, adverbium negativum perfecti semper cum jussivo notione perfecti praedito constructum, *non*;

مَا, adverbium negativum praesentis absoluti et perfecti, *non*;

لَنْ, ex لَا et أَنْ, *non, non fiet, ut*;

لَمَّا *nondum*;

قَدْ ante perfectum *jam*, ante imperfectum *interdum* et *fortasse*;

قَطْ, قَطُّ *unquam* (cum perfecto et negatione conjungitur, ut مَا رَأَيْتُهُ قَطُّ *non vidi eum unquam*);

إِنَّ *certe, profecto*, pr. *en, ecce*; cum acc. nominis construitur. لَ — إِنَّ *profecto — sane*; إِنَّ subjectum (in acc. positum), لَ praedicatum introducit, ut إِنَّ ٱللّٰهَ لَكَبِيرٌ *profecto Deus magnus est.*

إِنَّمَا, ex إِنَّ et مَا, particula restrictiva, *dumtaxat*;

أَيْ, particula explicativa, commentatoribus frequentata, *id est*;

هُنَا, adverbium demonstrativum, *hic.* هُنَاكَ et هُنَالِكَ *illic*; cf. §§ 358 seq. هَاهُنَا *hic*; cf. § 360.

379. Nomina indeclinabilia in *u* exeuntia fere eadem, quorum accusativi per sequentem genitivum determinati ideoque nunatione privati praepositiones sunt (vid. § 374) adverbialiter

ponuntur, ut بَعْدُ *postea* (مِنْ بَعْدُ *deinde*), تَحْتُ *infra*, فَوْقُ *supra*, قَبْلُ *antea* (مِنْ قَبْلُ *id.*), حَيْثُ *ubi* (مِنْ حَيْثُ *unde*, إِلَى حَيْثُ *quo*, حَيْثُمَا *ubicunque*), غَيْرُ in لَا غَيْرُ *nihil aliud, tantum hoc* vel *sic.*

380. Accusativus Arabibus casus adverbialis est. Tritissima accusativi adverbialiter positi exempla haec sunt: دَاخِلًا *intus*, خَارِجًا *foris*, كَثِيرًا *multum*, قَلِيلًا *paucum*, جِدًّا *valde*, مَعًا *simul*, جَمِيعًا (duo vel plures) *conjunctim*, يَوْمًا *aliquo die, aliquando*, اَلْيَوْمَ *hodie*, لَيْلًا *noctu*, نَهَارًا *interdiu*, غَدًا *cras*, يَمِينًا *dextrâ*, شِمَالًا *sinistrâ*, أَبَدًا *in aeternum*, cum negatione *nunquam.* [a] Eodem pertinent: وَحْدَ, quod nonnisi cum suffixis conjunctum reperitur: وَحْدَهُ (*is*) *solus*, وَحْدَهُمْ (*ii*) *soli;* سَوْفَ, quod imperfecto praeponitur, ut rem vere futuram esse indicet (cf. § 378); كَيْفَ *quomodo?* رُبَّمَا *interdum* (non *saepe*), ab origine deflexum, proprie significat *o crebritatem ejus quod;* لَا سِيَّمَا, deinde ommissa negatione سِيَّمَا, *maxime*, proprie: *non est par ei quod.*

Adnot. *a.* Kèsra in أَمْسِ *heri* non est nota distinctiva genitivi, sed vocalis facilioris pronuntiationis caussa addita.

Adnot. *b.* لَيْتَ *utinam*, cui pronomina suffiguntur: لَيْتَنِي *utinam ego*, لَيْتَهُ *utinam ille* et عَلَّ, لَعَلَّ *fortasse, forsitan*, quibus et ipsis suffixa adjiciuntur: لَعَلِّي et لَعَلَّنِي *fortasse ego*, لَعَلَّهُ *fortasse is* et *id*, non accusativi nominum, sed verba esse videntur.

C. De conjunctionibus.

381. Conjunctiones, quae a grammaticis Arabicis pro vario significatu variis nominibus designantur, ut حُرُوفُ ٱلْعَطْفِ, *particulae conjunctionis* s. *conjunctivae*, حُرُوفُ ٱلتَّعْلِيلِ, *particulae caussales*, حُرُوفُ ٱلشَّرْطِ, *particulae conditionales* etc., ut praepositiones et adverbia partim inseparabiles sunt, partim separabiles.

382. Inseparabiles hae duae sunt:

وَ, حَرْفُ عَطْفٍ, singula verba et totas enunciationes simpliciter et coordinative conjungit: *et*;

فَ, حَرْفُ عَطْفٍ, strictius حَرْفُ تَرْتِيبٍ, *particula gradationis*, rarius singula verba ita conjungit, ut personae aut res iis indicatae aliae pone vel post alias sint; saepius integras enunciationes ita, ut posterior priorem aut tempore sequatur, aut interno nexu, ut effectus aut causa, ab illa pendeat: *postea, deinde, hinc, itaque, ergo; enim* (quamquam ad hoc significandum saepius et explicatius فَإِنَّ dicitur); in propositionibus conditionalibus ad apodosin a protasi dirimendam adhibetur, ut Germanicum ſo; item post particulam disjunctivam أَمَّا vel positam vel subintelligendam apodosin incipit (ſo).

383. Conjunctionum separabilium usitatissimae hae sunt:

إِذْ *quum, postquam, quoniam*;

إِذَا *quum, quando, quotiescunque*;

إِنْ, حَرْفُ شَرْطٍ, *si*; وَإِنْ *etsi, etiamsi.* Ex لَ et إِنْ fit لَئِنْ;

إِلَّا, ex إِنْ et لَا, 1) *si non*, ubi pro tota enunciatione est, 2) حَرْفُ إِسْتِثْنَآءٍ, *particula exceptionis, nisi;* cum particula negativa *nonnisi*;

إِمَّا ex إِنْ et مَا: إِمَّا — أَوْ s. وَإِمَّا — أَوْ *aut — aut*;

أَنْ *ut*; it. pro أَنَّ *quod; كَأَنْ quasi; لِأَنْ ideo ut; propterea quod.*

أَلَّا, ex أَنْ et لَا, *ut non; ne; quod non;* لِئَلَّا *ideo ne*;

أَنَّ *quod*; cum accusativo nominis substantivi vel suffixi construitur; pronomen suffixum ه (ضَمِيرُ ٱلشَّأْنِ s. ضَمِيرُ ٱلْقِصَّةِ, *pronomen conditionis s. facti*) post أَنَّ saepe totam enunciationem sequentem repraesentat et anticipat. Ex كَ et أَنَّ fit كَأَنَّ *quasi*, ex لِ et أَنَّ: لِأَنَّ *propterea quod, quia, nam*;

أَمَّا: أَمَّا — فَ (vid. sub فَ) *quod attinet, ad —, autem* (bis aut pluries positum respondet graeco μὲν — δὲ —);

أَوْ *aut, vel, sive*;

بَلْ *immo, potius, sed*;

ثُمَّ *deinde, et deinde*; ab Arabibus recte conjunctionibus annumeratur, quia semper verbis et enunciationibus praefigitur neque ullam aliam conjunctionem sibi praefigi patitur;

كَيْ, حَرْفُ تَعْلِيلٍ, *particula caussam finalem* indicans, *ut*; لِكَيْ id.; كَيْلَا et لِكَيْلَا *ne*;

لٰكِنْ et لٰكِنَّ, it. وَلٰكِنْ et وَلٰكِنَّ *sed, attamen.* لٰكِنَّ et وَلٰكِنَّ nonnisi ante nomina et pronomina suffixa, quorum accusativum regunt, adhibentur;

لَمَّا *postquam, quum, quando*;

لَوْ, particula hypothetica, *si*; لَوْلَا, لَوْمَا et لَوْلَمْ *nisi.*

D. De interjectionibus.

384. Interjectionum, ab Arabibus أَصْوَاتٌ *soni, voces*, dictarum, usitatissimae sunt: أَ et آ *oh!* آهْ et أَخْ *ah! heu!* وَا *eheu!* وَيْ *vae!* يَا, vocativi particula, *o!* ante nomina articulo carentia, أَيُّهَا et يَا أَيُّهَا, id., ante nomina articulo instructa; أُفْ *phy!* هَيْتَ *adesdum!* هَيْهَاتَ *longe abest!* هَلُمَّ (הֲלֹם) *huc ades! cedo!*

Adnot. *a.* Nomen post وَا positum loco nunationis nominativi ـٌ haud raro terminationes ـَا et ـَاهْ accipit, ut وَا زَيْدَا et وَا زَيْدَاهْ *eheu Zeïd!* وَا أَمِيرَ ٱلْمُؤْمِنِينَاهْ *eheu princeps fidelium!* Ubi in Èlif breve (ى) exit, haec litera in ا mutata solo هْ augetur, ut وَا مُوسَاهْ *eheu Moyses!* Dicitur tamen etiam وَا مُوسَيَا.

Adnot *b.* Ex وَيْ, cui suffixa annecti possunt, ut وَيْكَ *vae tibi!* nomina interjectionalia وَيْحٌ et وَيْلٌ formantur. Dicitur: وَيْحٌ لِزَيْدٍ, وَيْحًا لِزَيْدٍ et وَيْحَ زَيْدٍ *vae Zeïdo!* وَيْحَهُ *vae illi!* وَيْلٌ لَهُ et ٱلْوَيْلُ لَهُ *vae illi!*

Liber tertius.

De syntaxi.

I. De singulis enuntiationum partibus.

A. De Verbo.

1. De temporibus.

385. Perfectum (§ 77.) denotat:

1) rem aliquo temporis praeteriti momento peractam (tempus historicum, aoristus Graecorum, Germanorum imperfectum), ut ثُمَّ جَآءَ زَيْدٌ *deinde venit Zeidus.*

2) rem eo, quo loquimur, tempore perfectam et in statu, quo perfecta est, ad praesens tempus usque manentem (perf. Graecorum et Germanorum), ut أُذْكُرُوا نِعْمَتِيَ ٱلَّتِي أَنْعَمْتُ عَلَيْكُمْ *memores estote beneficiorum, quae in vos contuli.*

3) rem praeterito quidem tempore factam, sed quae talis est, ut saepius facta esse vel etiam nunc fieri dici possit, qui usus perfecti in proverbiis frequens est, ut إِتَّفَقَ ٱلْمُفَسِّرُونَ *consenserunt consentiuntque interpretes.*

4) rem ipso, quo declaratur, temporis momento perfectam, ut أَنْشَدْتُكَ ٱللّٰهَ *obsecro te per Deum,* بِعْتُكَ هٰذَا *vendo tibi hoc* (his ipsis verbis pronuntiandis).

5) rem tam certo futuram, ut jam perfecta dici possit, qui perfecti usus in promissionibus, pactis etc. et post part. لَا *non* inprimis in jurisjurandi formulis frequens est, ut فَأَعْطِنَا ٱلْأَمَانَ عَلَى خَلَّتَيْنِ إِمَّا أَنَّكَ قَبِلْتَ مَا أَتَيْنَاكَ بِهِ الخ *affirma nobis, te alterutram duarum conditionum subiturum esse, te aut accepturum esse (accepisse), quod tibi proposuimus etc.,* وَٱللّٰهِ لَا أَقَمْتُ بِمَكَّةَ *per Deum, non*

manebo Meccae; آلَيْتُ لَا خَامَرَتْنِى ٱلْخَمْرُ مَا عَلِقَتْ رُوحِى بِجِسْمِى *juro, vinum me non esse inebriaturum, quamdiu anima mea cum corpore meo cohaerebit.*

Adnot. Si enuntiatio, in qua est لَا, copulata est cum alia antecedenti, in qua est مَا cum pf. aut لَمْ cum impf. juss., لَا, quum illarum partt. vicem gerat, nullam in pf. quod sequitur vim conversivam exercet, ut بَلَوْتُ مِنَ ٱلْعَجَائِبِ مَا لَمْ يَرَهُ ٱلرَّآؤُونَ وَلَا رَوَاهُ ٱلرَّاوُونَ *mirabilia expertus sum, qualia neque videntes viderunt neque narrantes narraverunt.*

6) rem, quam aliquem (Deum) facere vel quam fieri optatur, qui usus perfecti in votis, apprecationibus et imprecationibus sollemnis est, ut رَحِمَهُ ٱللّٰهُ *misereatur ejus Deus!* لَعَنَهُ ٱللّٰهُ *maledicat ei Deus!* دَامَ مُلْكُهُ *duret regnum ejus!* (pr.: si res ex voto meo succedit, Deus ejus jam misertus est etc.) — Quem sensum optativum pf. etiam post لَا habet, ut لَا نَالَتْنِى شَفَاعَةُ مُحَمَّدٍ إِنْ الخ *ne mihi contingat intercessio Muḥammedis, si etc.* — Enuntiationi optativae, ubi eam conditionalis antecedit, ne hujus particula conditionalis in illius pf. vim suam (§ 390.) exserat, فَ praefigitur, ut إِنْ كُنْتَ ٱبْنَ هَمَّامٍ فَحُيِّيتَ بِإِكْرَامٍ *si es filius Hammâmi, honorifice salutatus esto.*

386. Perfecto saepe part. قَدْ *jam* praemittitur. Quod ubi fit, pf. notiones § 385, 2 et 4 indicatas habens rem eo temporis momento, quo loquimur, vere perfectam et absolutam denotat, aut ita, ut omnis de ejus veritate dubitatio tollatur ejusque certitudo incertitudini opponatur, aut ita, ut eam convenienter iis, quae antecesserant, ac secundum id, quod exspectabatur vel exspectari poterat, aut prope ante illud temporis momentum factam esse significetur, ut قَدْ ذَكَرْنَا وِزَارَةَ خَالِدِ بْنِ بَرْمَكٍ وَنَذْكُرُ هَاهُنَا وِزَارَةَ ٱلْبَاقِينَ *jam narravimus Vesirâtum Ḥâlidi filii Bermeki, hic autem narrabimus Vesirâtum reliquorum* (quo in exemplo actio modo perfecta futurae opposita est); إِنَّ ٱبْنَتَكَ قَدْ مَاتَتْ *filia tua*

modo vel *convenienter exspectationi mortua est;* أَمَّا ٱلْوِلَايَةُ فَقَدْ وَلَّيْتُ ٱبْنَكَ مِصْرَ *quod ad praefecturam attinet, filium tuum Aegypto praefectum volo* (§ 385, 4).

387. Plusquamperfectum exprimitur

1) simplici perfecto in enuntiationibus relativis et conjunctivis, quae pendent ab enuntiationibus, quarum verba perfecta sunt, ut عَرَضَ عَلَيْهِمْ مَا أَمَرَ بِهِ ٱلْمَأْمُونُ *proposuit iis, quae Ma'mûn jusserat,* جَلَسَ حَيْثُ جَلَسَ أَبُوهُ *consedit, ubi consederat pater ejus;* فَلَمَّا وَصَلَ ٱلثَّوْرُ إِلَى ٱلْمَوْضِعِ فَوَلَّى هَارِبًا *quum taurus ad locum pervenisset, tergum vertit fugiens,* إِنْهَزَمَ لَمَّا قُتِلَ أَهْلُ بَيْتِهِ *fugit, quum occisi essent familiares.*

2) perfecto cum part. قَدْ, eaque vel cum وَ, vel sine وَ, ubi enuntiatio antecedit, cujus vb. pf. est, ut أَخْرَجَهُ وَقَدْ عَمِيَ *eduxit eum jamque occaecatus erat*, i. e. occaecatum, بَكَرَ إِلَى ٱلْفَضْلِ فَوَجَدَهُ قَدْ بَكَرَ إِلَى دَارِ ٱلرَّشِيدِ *mane ivit ad Fadlum et comperit, eum jam prius ad palatium Resîdi ivisse.*

3) perfecto verbi كَانَ *fuit* ei perfecto, cui vis plusquamperfecti tribuenda est, praeposito, ut مَاتَ ٱلرَّشِيدُ بِطُوسَ وَكَانَ خَرَجَ لِمُحَارَبَةِ رَافِعٍ *mortuus est Resîd Ṭûsi et profectus erat* (quum profectus esset) *ad oppugnandum Râfi'um.*

4) كَانَ et perfecto atque insuper particula قَدْ interposita, ut كُنْتُ قَدْ رَبَّيْتُ جَارِيَةً ثُمَّ أَهْدَيْتُهَا إِلَى ٱلْفَضْلِ *educaveram puellam, tum eam ad Fadlum duxi.*

Adnot. a. Ubi ex plurr. plsqpff. unum vel plura reliquis tempore priora sunt, inter ejus vel eorum كَانَ et pf. قَدْ interponitur, ut مَاتَ ٱلرَّشِيدُ وَكَانَ خَرَجَ لِمُحَارَبَةِ رَافِعٍ وَكَانَ هٰذَا ٱلرَّافِعُ قَدْ خَلَعَ ٱلطَّاعَةَ — *exueratque hic Rafi' obsequium.*

Adnot. b. Inter كَانَ et pf., quod cum illo in plsqpf. coït, etiam enuntiationem conjunctivam ponere licet, ut كَانَ لَمَّا بَلَغَ

صَلَاحِ ٱلدِّينِ خَبَرُ ٱلْعَدُوِّ جَمَعَ ٱلْأُمَرَآءَ *postquam ad Salah ed-dîn nuntius hostium pervenerat, principes congregaverat.*

388. Ubi particulas hypotheticas لَوْ *si* et لَوْلَا *nisi* duae enuntiationes correlativae sequuntur, utriusque verbum *) plerumque vim plsqpf. nostri subj., interdum vim impf. nostri subj. habet, ut لَوْ شَآءَ رَبُّكَ لَجَعَلَ ٱلنَّاسَ أُمَّةً وَاحِدَةً *si dominus tuus voluisset, omnes homines unum populum fecisset,* لَوْلَا عَلِيٌّ لَهَلَكَ عُمَرُ *nisi 'Ali fuisset 'Omar periisset,* وَلَوْ أَنَّ أَهْلَ ٱلْقُرَى آمَنُوا لَفَتَحْنَا عَلَيْهِمْ بَرَكَاتٍ مِنَ ٱلسَّمَآءِ *si incolae illarum urbium credidissent, super eos benedictiones de coelo effudissemus;* وَلْيَخْشَ ٱلَّذِينَ لَوْ تَرَكُوا مِنْ خَلْفِهِمْ ذُرِّيَّةً ضِعَافًا خَافُوا عَلَيْهِمْ *et* (Deum) *vereantur ii, qui, si liberos inopes post se relinquerent, iis timerent.* — Nonnunquam inter لَوْ et pf. protasis كَانَ interponitur idemque verbum interdum etiam perfecto apodosis praemittitur; quod ubi fit, utriusque verbum semper et necessario vim plsqpf. habet, ut لَوْ كَانُوا عَرَفُوا لَمَا كَانُوا صَلَبُوا رَبَّ ٱلْمَجْدِ *si hoc scivissent, non crucifixissent dominum gloriae.* — Ubi post لَوْ protasis verbum impf., apodosis pf. est, utrumque sensum impf. subj. habet, ut لَوْ نَشَآءُ أَصَبْنَاهُمْ بِذُنُوبِهِمْ *si vellemus, eos propter peccata ipsorum puniremus.*

389. Post إِذَا *quum, quando, quotiescunque,* re futurâ ut jam factâ positâ, pf. sensum imperfecti habet, ut إِسْتَجِيبُوا لِلّٰهِ إِذَا دَعَاكُمْ إِلَى مَا يُحْيِيكُمْ *respondete Deo, quando vos ad id vocat* vel *vocabit* (vocaverit), *quod vobis vitam afferre potest.* — Ubi igitur duae enuntiationes correlativae part. إِذَا sequuntur, quarum prior vim suam conversivam in verbum posterioris extendit, perfectum utriusque aut praesens valet, aut futurum, ubi lat. fut. ex. antecedit, fut. simplex sequitur, ut إِذَا جَآءَ وَعْدُ ٱلْآخِرَةِ جِئْنَا بِكُمْ لَفِيفًا *quando*

*) Protasi particulae لَوْلَا, ubi verbo expresso caret, tamen notio verbalis (verbi كَانَ) inest.

promissio vitae futurae venerit, congregabimus vos. In protasi pro pf. interdum impf. ponitur, ut وَإِذَا تُتْلَى عَلَيْهِمْ آيَاتُنَا قَالُوا *quando versus nostri iis recitantur, dicunt.* — Quodsi enuntiatio ab إِذَا pendens inducitur a pf. ut صَارَ, كَانَ, aut posita est in media narratione rerum praeteritarum, imperfecta verborum ab إِذَا rectorum item historica sunt, ut كَانَ إِذَا تَكَلَّمَ أَبْلَغَ *quum loqueretur, eloquentem se praebebat.*

Adnot. a. Eadem, quae de إِذَا dicta sunt, de إِذَا مَا *quotiescunque, quando* valent, ut أَثُمَّ إِذَا مَا وَقَعَ آمَنْتُمْ بِهِ *tuncne, quando veniet* (venerit, sc. poena), *id credetis?*

Adnot. b. Ubi particulas إِذَا et إِذَا مَا part. حَتَّى *donec* proxime antecedit et duae enunciationes correlativae sequuntur, harum pff. necessario eandem vim temporalem habent, quam verba ante particulas حَتَّى إِذَا et حَتَّى إِذَا مَا posita, ut فَتَحْنَا عَلَيْهِمْ أَبْوَابَ كُلِّ شَيْءٍ حَتَّى إِذَا فَرِحُوا بِمَا أُوتُوا أَخَذْنَاهُمْ بَغْتَةً *omnium rerum iis copiam fecimus; tandem vero, quum exsultassent iis, quae acceperant, repente eos abripuimus.*

390. Post part. conditionalem إِنْ *si*, necnon post multas partt., quibus sensus part. إِنْ, sensus conditionalis (مَعْنَى إِنْ مَعْنَى ٱلشَّرْطِ) inest, ut مَنْ *qui, si quis,* أَيٌّ id., أَيُّمَنْ *quicunque,* مَا *quod, si quid,* كُلَّمَا *quotiescunque,* حَيْثُ *ubi* et حَيْثُمَا *ubicunque,* مَهْمَا *quodcunque,* مَتَى *quando* et مَتَامَا *quandocunque,* أَيْنَ *ubi* et أَيْنَمَا *ubicunque,* كَيْفَ *quomodo* et كَيْفَمَا *quomodocunque,* item ante et post أَوْ *sive,* pf. vim impf. habet, conditione ut jam impleta positâ, ut إِنِّي أَخَافُ إِنْ عَصَيْتُ رَبِّي عَذَابًا *timeo poenam, si contra dominum meum rebellis ero* (fuero, sum), أُقْتُلُوهُمْ حَيْثُ ثَقِفْتُمُوهُمْ *occidite eos, ubicunque eos invenietis* (inveneritis, invenitis). — Ubi conjunctiones إِنْ, مَنْ etc. duae enuntiationes sequuntur, quarum priore conditio, posteriore id, quod ab ea pendet, exprimitur, utriusque verbum in pf. ponitur, utroque, et conditione et eo, quod ab ea pendet, ut jam facto posito, ut إِنْ فَعَلْتَ ذٰلِكَ هَلَكْتَ *hoc si facies* (feceris, fa-

cis), *peribis* (peris, cf. 385, 5.), مَنْ كَتَمَ سِرَّهُ بَلَغَ مُرَادَهُ *qui* (=si quis) *secretum suum occultat* (occultaverit, occultabit), *propositum suum assequetur*, ٱلْحِكْمَةُ ضَالَّةُ ٱلْمُؤْمِنِ أَيْنَمَا وَجَدَهَا أَخَذَهَا *sapientia est camela, quae a grege Moslemi aberravit: quam ubicunque* (=si alicubi) *invenit* (invenerit), *capit* (capiet), أَكْرِمِ ٱلضَّيْفَ غَنِيًّا كَانَ أَوْ فَقِيرًا *honora hospitem, sive dives erit, sive pauper.* — Ubi perfecta post إِنْ, مَنْ etc. vim suam servare vis, كَانَ vel una ex أَخَوَاتُ كَانَ, *sororibus verbi* كَانَ, ut أَسْفَرَ *mane fuit*, أَصْبَحَ id., أَمْسَى *vesperi fuit*, inter illas voculas et perfecta interponenda est; in apodosi autem etiam particula فَ ab initio posita ad hunc usum sufficit, ut فَمَهِّدِ ٱلْعُذْرَ إِنْ كُنْتُ أَجْرَمْتُ *da igitur locum excusationi, si peccatum commisi*, إِنْ كَانَ قَمِيصُهُ قُدَّ مِنْ قُبُلٍ فَصَدَقَتْ *si indusium ejus a parte antica scissum est, verum illa dixit.* — Ut autem verba post illas particulas sensum imperfecti historici habeant, enuntiationibus correlativis pf. verbi كَانَ vel similis praemittendum est, ut كَانُوا إِنْ بَالَغُوا بَلَغُوا *si vires intendebant, ad id, quod volebant, perveniebant*; sufficit vero etiam, ut enuntiationes correlativae ab aliis historicis pendeant, ut إِنَّمَا أَدْرَكْتُ ٱلْعِلْمَ بِٱلْحَمْدِ فَكُلَّمَا فَهِمْتُ قُلْتُ ٱلْحَمْدُ لِلّٰهِ *nonnisi Deo laudando scientiam assecutus sum; quoties enim aliquid intelligebam, dicebam: Laus est Dei!*

Adnot. Ubi verba مَنْ, أَيٌّ, مَا, حَيْثُ, مَتَى, أَيْنَ, كَيْفَ simpliciter relativa et conjunctiva sunt non admixtâ notione verbi إِنْ, sive duas enuntiationes relativas, sive unam regunt, perfecta ab iis pendentia vim suam nativam retinent.

391. Particulam مَا *quamdiu, dum*, مَا ٱلدَّيْمُومَةِ, مَا *perdurationis*, dictam, pf. sensu imperfecti (praesentis, futuri) sequitur, ut لَا لَقِيتُمْ مَا بَقِيتُمْ ضُرًّا *nullam noxam accipiatis* (vid. § 385, 6), *quamdiu vivetis!* ٱلنَّاسُ مَا دَامُوا فِي ٱلْحَيَوٰةِ ٱلدُّنْيَاوِيَّةِ غَافِلُونَ *homines, quamdiu in*

hoc mundo vivunt, securi sunt. Quod impf. ut historicum fiat, eadem requiruntur, quae in fine § 390 exposita sunt. *Quamdiu non* semper est مَا لَمْ seq. Impf. jussivi; cf. § 394.

392. Imperfectum (§ 77.) per se nullius temporis notionem adjunctam habet, sed omnino durantia et continuata indicat, deinceps ad ea transfertur, quae tempore praesenti talia sunt, futuro erunt, praeterito erant. Hinc denotat:

1) rem, quae non certo quodam tempore ita fit, ut alio non fiat, sed omnibus temporibus fit, vel potius in qua commemoranda nulla temporis, sed solius durationis ratio habetur (praesens generale vel indefinitum), ut ٱلْإِنْسَانُ يُدَبِّرُ وَٱللّٰهُ يُقَدِّرُ *homo res instituit et disponit, Deus decreto suo regit ac moderatur,* بِٱلْبِرِّ يُسْتَعْبَدُ ٱلْحُرُّ *beneficiis liber servus redditur.*

2) rem, quae ipso, quo loquimur, tempore inchoata quidem est, sed nondum ad finem perducta, quae tempore praesenti durat et continuatur (praesens speciale vel definitum), ut ٱللّٰهُ يَعْلَمُ بِمَا تَعْمَلُونَ *Deus scit, quae agitis.*

3) rem simpliciter futuram, ut كَذٰلِكَ يُحْيِي ٱللّٰهُ ٱلْمَوْتَى *hoc modo Deus mortuos in vitam revocabit,* يَجِدُ مَنْ يَطْلُبُ *inveniet, qui quaeret.* — Ut clarius etiam ac majori cum vi rem futuram esse exprimatur, imperfecto adv. سَ ex سَوْفَ *in fine* ortum (vid. § 377) praefigitur vel ipsum سَوْفَ *) praemittitur, ut سَنُبَيِّنُهُ فِي مَوْضِعِهِ *explicabimus id loco suo,* سَتُكْفَى مِنْ عَدُوِّكَ كُلَّ كَيْدٍ *defenderis* (sc. Dei beneficio) *ab omni dolo inimici tui,* مَنْ يَفْعَلْ ذٰلِكَ فَسَوْفَ نُصْلِيهِ نَارًا *si quis illud fecerit, eum igne assabimus.*

4) rem tempore praeterito faciendam vel futuram (futurum praeteriti); quod ubi fit, imperfectum perfecto nulla intercedente particula annexum una cum

*) Vel etiam سَوْ et سَفْ, formae ex سَوْفَ decurtatae.

complementis suis enuntiationem secundariam, subordinatam, statum, quo subjectum perfecti antecedentis erat, quum actionem ipso perfecto expressam faceret, constituit, ut جَآءَ إِلَيْهِ يَعُودُهُ *venit ad eum, eum visurus.*

5) rem tempore praeterito durantem (praesens praeteriti); quod ubi fit, impf. (lat. vel per participium, vel per infinitivum, vel per impf. exprimendum) vel nullo externo vinculo interjecto perfectum proxime sequitur (cf. 4), vel per particulam وَ cum ea copulatur atque una cum complementis suis enuntiationem constituit secundariam, subordinatam, statum indicantem, quo erat subjectum perfecti antedecentis, quum, quod per pf. ipsum expressum est, ageret, ut إِنْكَفَأَ يَحْمَدُ مَغْدَاهُ *reversus est gratulans sibi de ambulatione matutina,* إِنَّنَا نَرَاكَ مَا خَرَجْتَ ٱلْيَوْمَ تَدْرِى كَيْفَ ٱلطَّرِيقُ *nos te eum videmus, qui hodie nesciens, qualis sit via, egressus sit,* جَعَلَ يَلُومُهُ *coepit eum vituperare,* أَقْبَلَتِ ٱلْحَمَامَةُ تَحُومُ *columba murum circumvolitare coepit,* دَخَلَ فِى دَارِ أَبِيهِ وَأُمُّهُ تَنْظُرُ إِلَيْهِ *intravit domum patris, dum mater eum intuebatur.*

Adnot. Post particulam negativam لَا impf. vim suam generalem, ex qua nondum perfecta et durantia exprimit, servat, ut كَانَ لَا يَفْعَلُ *erat non faciens* (non faciebat), خَرَجَ لَا يَعْلَمُ أَيْنَ هُوَ *exiit, nesciens ubi esset,* ٱلسَّخِىُّ ٱلْبَخِيلَ لَا يُكْرِمُ *liberalis avarum non honorat.* Post particulam negativam مَا vim praesentis (praesentis definiti, praesentis futuri, praesentis praeteriti) habet, ut ٱلَّذِينَ يَكْتُمُونَ مَا أَنْزَلَ ٱللّٰهُ ٱلْآيَةَ مَا يَأْكُلُونَ فِى بُطُونِهِمْ إِلَّا ٱلنَّارَ وَلَا يُكَلِّمُهُمُ ٱللّٰهُ يَوْمَ ٱلْقِيَامَةِ *ii, qui librum a Deo demissum occultant, nihil quam ignem in ipsorum viscera illabentem* devorant (aut: jam nunc, tempore revera praesenti, id facientes, cujus certissime apud inferos poenas daturi sunt, aut: tempore in futuro tempore praesenti) *neque eos alloquetur Deus die resurrectionis.*

393. Ad praesens praeteriti (imperfectum Graecorum et Latinorum) exprimendum ab Arabibus saepe verbum كَانَ imperfecto praemittitur, ut كَانَ يُحِبُّ ٱلشِّعْرَ وَٱلشُّعَرَآءَ *amabat poësin et poëtas*, كَانَ يَرْكَبُ فِى كُلِّ يَوْمٍ عِدَّةَ مِرَارٍ *quovis die pluries equo vehebatur.* — Ubi pluribus imperfectis vis praesentis praeteriti tribuenda est, ut primo كَانَ praeponatur, sufficit. Ubi imperfectum unum vel plura perfecta antecedunt, item ubi ex contextu orationis patet, imperfectum vim praesentis praeteriti habere, ut كَانَ addatur, opus non est, ut وَٱتَّبَعُوا مَا تَتْلُو ٱلشَّيَاطِينُ عَلَى مُلْكِ سُلَيْمَانَ *et secuti sunt ea, quae daemones tempore regni Salomonis recitabant,* قُلْ فَلِمَ تَقْتُلُونَ أَنْبِيَآءَ ٱللّٰهِ مِنْ قَبْلُ *dic: cur igitur interficiebatis prophetas Dei antehac?*

394. Imperfectum subjunctivi post adverbium لَنْ *non* et conjunctiones أَنْ *ut,* أَلَّا *ut non, ne,* كَىْ *ut,* لِكَى id., كَيْلَا et لِكَيْلَا *ne,* حَتَّى *donec,* لِ *ut* positum (cf. infr. § 398) semper vim futuri habet, ut لَنْ يَدْخُلَ ٱلْجَنَّةَ إِلَّا مَنْ كَانَ هُودًا أَوْ نَصَارَى *non intrabunt paradisum nisi ii, qui Judaei aut Christiani fuerint,* أَمْ حَسِبْتُمْ أَنْ تَدْخُلُوا ٱلْجَنَّةَ *num existimatis, fore ut paradisum intretis?*

395. Imperfectum jussivi ab adverbiis لَمْ *non* et لَمَّا *nondum* pendens semper vim praeteriti vel potius eam vim habet, quam perfectum vel impf. cum كَانَ (§ 393) haberet, si enuntiatio affirmativa esset, ut أَلَمْ تَعْلَمْ أَنَّ ٱللّٰهَ لَهُ مُلْكُ ٱلسَّمٰوَاتِ وَٱلْأَرْضِ *nonne nosti, Dei esse regnum coelorum et terrae?* أَمْ حَسِبْتُمْ أَنْ تَدْخُلُوا ٱلْجَنَّةَ وَلَمَّا يَأْتِكُمْ مَثَلُ ٱلَّذِينَ مِنْ قَبْلِكُمْ *putatisne, vos paradisum intraturos esse antequam vobis obtigerit* (pr. et nondum vobis obtigit) *conditio eorum, qui ante vos vixerunt?* إِنْ لَمْ تَفْعَلْ ذٰلِكَ هَلَكْتَ *si hoc non facies* (feceris), *peribis* (§ 390), لَم

يَكُنْ يُحِبُّ ٱلشِّعْرَ وَٱلشُّعَرَآءَ *non amabat poësin et poëtas* (§ 393).

396. Post إِنْ et verba sensum إِنْ habentia impf. juss. eundem sensum, quem pf. habet (§ 390), ut إِنْ تُخْفُوا مَا فِى صُدُورِكُمْ أَوْ تُبْدُوهُ يَعْلَمْهُ ٱللّٰهُ *sive celatis* (celabitis, celaveritis) *quae in pectore habetis, sive manifestatis* (manifestabitis, manifestaveritis), *Deus illa scit* (sciet), مَا تَفْعَلُوا مِنْ خَيْرٍ يَعْلَمْهُ ٱللّٰهُ *quidquid boni facitis* (facietis, féceritis), *Deus scit* (sciet), أَيْنَمَا تَكُونُوا يُدْرِكْكُمُ ٱلْمَوْتُ *ubicunque estis* (eritis), *mors vos assequitur* (assequetur). — Eandem vim, quam post إِنْ etc., impf. jussivi etiam in apodosi protasin imperativam vi conditionali praeditam sequente habet, ut قَالُوا كُونُوا هُودًا أَوْ نَصَارَى تَهْتَدُوا *dixerunt: estote Judaei aut Christiani,* (quod si eritis) *bene directi eritis.*

397. *Imperfectum modi energici* semper vim futuri habet, ut لَئِنْ أَنْجَيْتَنَا مِنْ هٰذِهِ لَنَكُونَنَّ مِنَ ٱلشَّاكِرِينَ *profecto si nos ab hoc periculo liberabis* (liberaveris), *profecto ex hominibus gratis erimus.*

2. De modis.

398. Modus subjunctivus nonnisi in enuntiationibus subjunctis et subjectis locum habet et actionem indicat ab enuntiationis antecedentis actione pendentem ejusque respectu futuram ac plerumque conjunctivo Latinorum post ut respondet. Regunt eum conjunctiones:

1) أَنْ *ut*, post verba volendi et nolendi, studendi, timendi, jubendi et vetandi, efficiendi, necessitatis, officii, permissionis et multa alia, أَلَّا ex أَنْ لَا *ut non, ne* et لَنْ ex لَا أَنْ idque pro لَا يَكُونُ أَنْ *non fiet ut, neutiquam*, ut أَرَدْتُ وَأَحْبَبْتُ أَنْ أُبَيِّنَ لَهُمْ طَرِيقَ ٱلتَّعَلُّمِ *viam discendi iis explanare volui et cupivi*, لَا يَأْبَ كَاتِبٌ أَنْ يَكْتُبَ *qui artem scribendi callet, is ne scribere recuset*, يَنْبَغِى أَنْ يَنْوِىَ ٱلْمُتَعَلِّمُ بِطَلَبِ ٱلْعِلْمِ رِضَآءَ ٱللّٰهِ,

oportet discentem studio scientiae tendere ad gratiam Dei, يَجُوزُ أَنْ يَكُونَ ٱلنَّصْبَ *licet esse accusativum*, مَا يَكُونُ لَكَ أَنْ تَتَكَبَّرَ فِي ٱلْجَنَّةِ *non licet tibi in paradiso te superbum gerere*, إِنِّي أَخَافُ أَلَّا يَتْرُكَنِي *timeo, ut me relinquat* (aut, quoniam لَا post verba timendi et metuendi interdum emphatice ponitur, *ne me relinquat*), لَنْ تَمَسَّنَا ٱلنَّارُ إِلَّا أَيَّامًا مَعْدُودَةً *nequaquam ignis nos tanget* (affliget) *nisi per dies numeratos* (i. e. per tempus definitum, brevius). — Ubi vero verbum, a quo pendet أَنْ non pertinet ad rem efficiendam aut exspectandam, atque verbum, quod ab أَنْ regitur, vim pf. aut praes. habet, pf. aut impf. indic. ponitur, ut أَعْلَمُ أَنْ قَالَ *scio eum dixisse* (pr. quod dixit), أَعْلَمُ أَنْ يَنَامُ *scio eum dormire* (pr. quod dormit). — Quum in talibus magis usitatum sit أَنَّ, *quod*, ὅτι, Grammatici أَنْ, ubi idem significat et indicativum regit, ex أَنَّ decurtatum existimantes أَنِ ٱلْمُخَفَّفَةُ مِنَ ٱلثَّقِيلَةِ vel brevius أَنْ, ٱلْمُخَفَّفَةُ, *tes-dîdo privatum*, appellant, ubi vero lat. *ut* significat, أَنْ, أَنِ ٱلنَّاصِبَةُ *conjunctivum regens.* Post verba putandi, suspicandi, dubitandi, si ad tempus futurum spectant, أَنْ et tanquam ٱلْمُخَفَّفَةُ impf. ind. et tanquam ٱلنَّاصِبَةُ impf. conj. regere potest.

2) لِ *ut* (quae ex origine praepositio est atque ut nomini (§ 372), ita verbo praeponitur), كَيْ, لِكَيْ id., كَيْلَا, لِكَيْلَا et لِئَلَّا *ne* consilium agentis et finem actionis indicantia, ut يَنْبَغِي أَنْ يَسْأَلَ ٱلْمُسْلِمُ ٱللَّهَ تع ٱلْعَافِيَةَ لِيَصُونَهُ عَنِ ٱلْبَلَايَا *oportet Moslimum a summo Deo incolumitatem petere, ut ipsum a calamitatibus servet*, إِذَا حَفِظْتَ شَيْئًا فَعَلِّقْهُ كَيْ تَعُودَ إِلَيْهِ عَلَى ٱلتَّأْبِيدِ *quum aliquid memoria comprehenderis, calamo nota, ut semper ad id reverti possis*, لَمْ نَشْتَغِلْ بِذِكْرِ ذَٰلِكَ كَيْلَا يَطُولَ ٱلْكِتَابُ *huic commemorando immorati non sumus, ne liber pro-*

lixus fieret, إِنَّمَا قَالَ ذَلِكَ لِئَلَّا يُسْتَخَفَّ بِٱلْعِلْمِ *hoc eo tantum consilio dixit, ut ne levi penderetur scientia.*

3) حَتَّى *eo usque ut, donec, dum, eo consilio ut* (quae pr. praepositio est), ubi vel consilium agentis et finem actionis, vel etiam hujus eventum, scilicet non sine agentis voluntate, certe rei futurae exspectatione effectum denotat, ut لَا بُدَّ مِنَ ٱلتَّأَمُّلِ قَبْلَ ٱلْكَلَامِ حَتَّى يَكُونَ صَوَابًا *necessarium est meditari ante orationem, ut recta evadat,* يَنْبَغِي أَنْ لَا يُضْعِفَ ٱلنَّفْسَ حَتَّى يَنْقَطِعَ عَنِ ٱلْعَمَلِ *oportet eum animum non debilitare, ita ut ab opere detineatur.* — Ubi vero حَتَّى conj. finem mere temporalem aut merum effectum et eventum nulla voluntatis aut exspectationis notione accedente significat, pf. aut. impf. ind. sequitur, ut فَلِذَلِكَ وُفِّقُوا لِلْعِلْمِ وَٱلنَّشْرِ حَتَّى بَقِيَ ٱسْمُهُمْ إِلَى يَوْمِ ٱلْقِيَامَةِ *quapropter Deo adjuvante scientiam et docendi frequentiam consecuti sunt tantam, ut eorum memoria usque ad diem resurrectionis superstes maneat,* مَرِضَ حَتَّى لَا يَرْجُونَهُ *tantopere aegrotavit, ut de ejus vita desperarent.*

4) فَ, ubi post imperativum et prohibitivum, post locutionem sensum illorum referentem, post indicationem voti vel spei, post interrogationem, tandem post enuntiationem negativam, id inducit, quod per nexum caussalem inde pendet, ubi فَ idem significat, quod حَتَّى, ut إِغْفِرْ لِي يَا رَبِّ فَأَدْخُلَ ٱلْجَنَّةَ *ignosce mihi, domine mi, ut intrem paradisum,* لَا تُوَاخِذْنِي فَأَهْلِكَ *ne puni me, ut ne peream* يَنْبَغِي أَنْ يَحْفَظَ نُسْخَةً وَاحِدَةً دَآئِمًا فَيَتَيَسَّرَ لَهُ بَعْدَ ذَلِكَ حِفْظُ مَا سَمِعَ *eum oportet codicem unum semper memoria tenere, ut ei postea facile sit quidquid audiverit retinere* (i. e. teneat etc. eo consilio, ut ei, hoc si fecerit, etc.), هَلْ زَيْدٌ فِي ٱلدَّارِ فَأَمْضِيَ إِلَيْهِ *estne*

Zeidus in domo, ut eum adeam? (i. e. dic mihi etc., ut, si compererim ex te etc.).

5) وَ, ubi verbum ei subjectum actionem denotat actioni enuntiationis antecedentis subordinatam et simultaneam, ut لَا تَنْهَ عَنِ ٱلْخُلْقِ وَتَأْتِيَ مِثْلَهُ *ne* (alios) *retine ab aliquo more ita, ut* (tu ipse) *eodem tempore similem sequaris*, هَلْ تَأْكُلُ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ *num piscem edes simul lac bibens?* Arabes وَ hoc sensu positum وَاوُ ٱلْجَمْعِ vel وَاوُ ٱلْمَعِيَّةِ *Wâw simultaneitatis* vocant et per مَعَ أَنْ interpretantur.

6) أَوْ, ubi pro إِلَّا أَنْ est et *nisi hoc fiat, ut*, oder es müßte denn sein, daß significat, ut لَأَقْتُلَنَّ ٱلْكَافِرَ أَوْ يُسْلِمَ *interficiam profecto infidelem, aut* i. e. nisi hoc fiat, ut *Moslemus evadat*, nisi M. e.

399. Quum apud Arabes subjunctivus tantum a conjunctione أَنْ *ut* et ceteris, quae ejus vim habent, regatur, in reliquis enuntiationibus subjunctis, sive a verbo relativo vel conjunctivo pendent, sive simpliciter substantivo alicui indeterminato annexae sunt, in quibus nos subjunctivum ponimus, Arabes indicativo utuntur, ut أَعْطَانِي مَا آكُلُ *dedit mihi, quae ederem*, لَا يَدْرِي أَيْنَ يَذْهَبُ *nescit, quo abeat*, سَيُدْخِلُهُمْ جَنَّاتٍ يَخْلُدُونَ فِيهَا *ducet eos in hortos, in quibus perpetuo habitent.* In talibus lingua Arabica consilium ab effectu non distinguit; itaque primum et tertium exemplum etiam haec significare posunt: *dedit mihi, quae* (tunc) *edebam* vel: *quae* (nunc) *edo* vel: *quae* (posthac) *edam*, *ducet eos in hortos, in quibus perpetuo habitabunt.*

400. Modus j u s s i v u s, imperativo ut formâ, ita significatu cognatus et minori tantum vi ab eo differens, jussum denotat. Ponitur

1), et quidem fere tertia ejus pers., paene semper cum part. لِ (quae, ubi فَ vel وَ ei praefigitur, vocalem suam amittere solet) sibi praefixâ, rarissime in poësi sine ea, ut لِيُنْفِقْ ذُو سَعَةٍ *eleemosynam det opulentus*

(Almosen gebe ꝛc.), مَنْ أَرَادَ أَنْ يَتْرُكَ عِلْمَنَا هٰذَا سَاعَةً فَلْيَتْرُكْهُ ٱلسَّاعَةَ *quicunque hanc nostram scientiam omittere volet paullulum temporis, omittat eam continuo,* إِنْ كَانَ لَا بُدَّ لِطَالِبِ ٱلْعِلْمِ مِنَ ٱلْكَسْبِ فَلْيَكْتَسِبْ وَلْيُكَرِّرْ وَلْيُذَاكِرْ وَلَا يَكْسَلْ *si studiosus scientiae non potest, quin quaestum faciat, quaestum faciat et lectiones repetat et in loquendo se exerceat neque segnis sit.*

2) post part. لَا, quacum prohibitionem vel deprecationem significat, ut إِذَا ذَهَبْتَ إِلَى بُخَارَى فَلَا تَعْجَلْ فِي ٱلِٱخْتِلَافِ إِلَى ٱلْأَئِمَّةِ *Bohâram quum abieris, ne praepropere ab antistite ad antistitem cursita.*

3) in enuntiationum conditionalium ab إِنْ vel alio, quod ejus sensum habet, verbo (vid. § 390) pendentium protasi et apodosi, nec non in apodosi protasis imperativae. Atque in enuntiationum conditionalium protasi quidem, ubi vb. ejus non pf., aut impf., cui كَانَ praemissum est, sed simplex impf. est, in earundem apodosi, ubi item verbum impf. est idque a protasi conjunctione فَ non dirimitur (hoc enim si fit, ind. ponitur, ac, nominalis ubi est apodosis, fieri debet), ut إِنْ تُخْفُوا مَا فِي صُدُورِكُمْ أَوْ تُبْدُوهُ يَعْلَمْهُ ٱللّٰهُ *sive occultatis, quae in pectoribus vestris sunt, sive manifestatis* (= occultate, vel: occultetis licet etc.), *Deus sciet,* مَا تَفْعَلُوا مِنْ خَيْرٍ يَعْلَمْهُ ٱللّٰهُ *quae* (si qua) *bona facietis, Deus sciet,* أَيْنَمَا تَكُونُوا يُدْرِكْكُمُ ٱلْمَوْتُ *ubicunque eritis, mors vos assequetur,* مَنْ كَانَ يُرِيدُ حَرْثَ ٱلْآخِرَةِ نَزِدْ لَهُ فِي حَرْثِهِ *qui agrum vitae futurae colere volet, ei fructum agriculturae abunde dabimus,* إِنْ يَسْرِقْ فَقَدْ سَرَقَ أَخٌ لَهُ مِنْ قَبْلُ *si furatur, fratrem habet, qui antea furatus est,* مَنْ يُؤْمِنْ بِرَبِّهِ فَلَا يَخَافُ بَخْسًا *qui in Dominum suum credet, is infortunium non timebit,* إِنْ تَفْعَلُوا فَإِنَّهُ فُسُوقٌ بِكُمْ *si id facietis, prae-*

varicatio est, qua vos implicatis, عِشْ قَنِعًا تَكُنْ مَلِكًا *vive tuis contentus* (=si vives etc.), *rex eris* (pr. vive — esto rex). Ratio jussivi in protasibus ab إِنْ etc. pendentibus positi haec est, quod, si quid ponimus, id quod ponimus, poni vel fieri quasi jubemus: si hoc fit = pone hoc fieri vel fac hoc. Quod verum esse, inde apparet, quod jussivus in apodosibus protasium aeque imperativarum ac conditionalium ponitur. In apodosibus autem harum enuntiationum jussivus usurpatur, quia factâ vel positâ re, quae imperatur vel poni jubetur, id quoque, quod ab ea pendet, factum vel positum est, ideoque jussâ illâ hoc quoque simul juberi videtur; cf. hebr. דִּרְשׁוּ אֶת־ה׳ וִחְיוּ.

401. Jussivus ponitur etiam post partt. لَمْ *non* et لَمَّا *nondum* (ex لَمْ et مَا ٱلدَّيْمُومَةِ compositum, cf. § 391), ut أَلَمْ تَعْلَمْ أَنَّ ٱللَّهَ لَهُ مُلْكُ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضِ *nonne nosti, Dei esse regnum coelorum et terrae?* لَمَّا يَذُوقُوا عَذَابِ *nondum poenam meam gustarunt.* Verum solam formam, non sensum jussivi habet verbum, quod partt. لَمْ et لَمَّا sequitur *), ac vis, quam in formam impf. exercuerunt hae partt. imperfecto toties praepositae, ei similis videtur, quam ו consecutivum Hebraeorum in impf. sibi subjunctum habuit.

Adnot. Ubi duo vel plura impff., quorum secundum a primo, tertium a sec. pendet, particulam لَمْ sequuntur, primum tantum in juss. ponitur, ut لَمْ يَكُنْ يَعْرِفُ يَسْبَحُ *natare nesciebat.*

402. Modus energicus impf. ponitur

1), et quidem semper adverbio adseverandi لَ *profecto* sibi praefixo instructus, in affirmationibus sive simplicibus, sive addito jurejurando validioribus redditis, ut ٱلَّذِينَ جَاهَدُوا فِينَا لَنَهْدِيَنَّهُمْ سُبُلَنَا *qui certaverint in caussa nostra, profecto eos dirigemus in viis nostris,* فَبِعِزَّتِكَ لَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ *per potentiam tuam, illos omnes*

*) De vi temporali impf. juss. post لَمْ et لَمَّا vid. § 395.

seducam, لَتَرَوُنَّ ٱلْجَحِيمَ *profecto videbitis ignem infernum*, لَيُصْبِحُنَّ نَادِمِينَ *profecto poenitentes erunt.*

2) in jussis, vetitis, optatis et interrogationibus, ut لَا تَمُوتُنَّ إِلَّا وَأَنْتُمْ مُسْلِمُونَ *ne moriamini antequam Moslemi facti fueritis*, لَيْتَكَ تَرْجِعَنَّ *utinam redeas*, أَلَا تَنْزِلَنَّ *quin descende!*

3) in apodosi enuntiationum conditionalium, لَ et ipsi et part. conditionali protasis praefixâ, ut وَلَئِنْ سَأَلْتَهُمْ مَنْ خَلَقَ ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضَ لَيَقُولُنَّ الخ *et si ex iis quaeres: quis creavit coelos et terram? profecto dicent etc.*, necnon in protasi enuntiationum post إِمَّا (ex إِنْ مَا) *si* positarum et post إِمَّا-أَوْ *aut-aut*, ut يَا بَنِي آدَمَ إِمَّا يَأْتِيَنَّكُمْ رُسُلٌ مِنْكُمْ *o filii Adami, si legati ex vobis ad vos venient*, إِمَّا نَذْهَبَنَّ بِكَ أَوْ نُرِيَنَّكَ *aut auferemus te, aut monstrabimus tibi* etc.

403. Imperativum negatio antecedere nequit, sed, ubi prohibetur, jussivus cum negatione ponitur, ut أُمْكُثْ شَهْرَيْنِ وَلَا تَعْجَلْ فِي ٱلِٱخْتِلَافِ إِلَى ٱلْأَئِمَّةِ *mane duos menses neve praepropere ab antistite ad antistitem cursita.* — Formae energicae imperativi vi ejus augendae inserviunt, ut بِٱللّٰهِ ٱضْرِبَنَّ *per Deum, verbera quaeso!* أَلْكِبْرِيَآءُ لِرَبِّنَا صِفَةٌ لَهُ مَخْصُوصَةٌ فَتَجَنَّبَنْهَا وَٱتَّقِ *magnificentia est Domini nostri, attributum ei peculiare; recede igitur ab ea et Deum verere*

3. De rectione verbi.

404. Verbum, et quidem

a) ejus non formae finitae tantum, sed etiam nomina actionis (verbi), agentis et patientis atque alia substantiva et adjectiva verbalia *), quoties et quatenus scilicet his nominum generibus aliquid notionis verbalis inest, et

---

*) Adjectivorum verbalium comparativi aeque ac positivi.

b) non expressum solum, sed etiam vel in particula vi ejus praedita latens, vel simpliciter omissum, vel denique subintelligendum tanquam complementum suum regit aut

a) accusativum nominis, aut

b) praepositionem cum genitivo nominis, in locum grammaticum accusativi succedentem eumque definitius subtiliusque exponentem.

a. De accusativo.

405. Accusativum nominis, quem casum determinativum verbi vel adverbialem vocare licet (cf. § 380), verbum regit aut

1) tanquam complementum (determinans) objectivum, i. e. id, quod actionem, objectum ejus indicans, proxime determinat et restringit, aut

2) tanquam complementum adverbiale sensu strictiore varias alias verbi determinationes aliis in linguis adverbiis vel praepositionibus cum casibus suis vel enuntiatis conjunctivis (in linguis slavicis casu instrumentali) indicatas designans.

406. Complementum objectivum in accusativo positum sibi subjungunt permulta verba transitiva. Non pauciora tamen hujus generis verba ope praepositionum objectum suum assumunt. Haud pauca denique et illâ et hac ratione objectum sibi annectunt, significationem secundum rationem, qua, necnon, si pluribus cum praepositionibus junguntur, secundum praepositionem, per quam fit annexio, variantes, ut دَعَا *cap. vocavit aliquem*, cum لِ *p. fausta precatus est* alicui, cum عَلَى *p. mala imprecatus est* alicui. A quibus ea distinguenda sunt verba transitiva, quae et ipsa quidem modo cum accusativo, modo cum praepositione et genitivo construuntur, sed in quibus posterior construendi ratio, ut laxior, ex priori, ut arctiore et nervosiore, orta eâque recentior et usitatior tantum est quaeque hanc ob caussam in utraque constructione ejusdem plane significationis sunt, ut عَلِقَ *cap.* et cum بِ *p. adhaesit* alicui.

Adnot. *a.* Verba transitiva ab Arabibus ٱلْأَفْعَالُ ٱلْمُتَعَدِّيَةُ dicuntur. Quo nomine non solum ea verba, quae objectum in accusativo sibi adjungunt, sed etiam ea, quae per praepositionem, designantur. Illa ٱلْأَفْعَالُ ٱلْمُتَعَدِّيَةُ بِأَنْفُسِهَا, *verba per se ipsa* (non ope praepositionum) *transitiva*, haec ٱلْأَفْعَالُ ٱلْمُتَعَدِّيَةُ بِغَيْرِهَا, *verba per aliud quid* (per praepositiones) *transitiva* appellantur. Ita بَلَغَ *pervenit*, *perlatus est* (de nuntio) est فِعْلٌ مُتَعَدٍّ بِنَفْسِهِ, قَدَرَ *potuit* contra فِعْلٌ مُتَعَدٍّ بِغَيْرِهِ et quidem بِعَلَى, quia dicitur بَلَغَنِي ٱلْخَبَرُ *nuntius ad me pervenit*, sed قَدَرَ عَلَى شَيْءٍ *efficere potuit aliquid.*

Adnot. *b.* Quae verba cum accusativo, quae cum praepositionibus, quae denique et cum illo et cum his et quibuscum construantur, quaeque uniuscujusque verbi secundum varias, si habet, constructiones significationes sint, lexicon docebit. Hic hoc tantum notandum est, verba veniendi, quorum pleraque in lingua vernacula et Latina praepositiones sibi annectunt, ab Arabibus etiam cum accusativo personae vel rei construi, ut جَآءَنَا عَامِرٌ *'Amir ad nos venit*, إِنَّ ٱلْغُرَبَآءَ وَأَوْلَادَ ٱلْكُبَرَآءِ يَأْتُونَنِي مِنْ أَقْطَارِ ٱلْأَرْضِ *peregrini et filii procerum ex regionibus terrae ad me veniunt*, بَلَغَ غَايَةَ ٱلْعِلْمِ *summum scientiae gradum consecutus est.* Hinc in passivo dicitur أُتِيَ *ventum est ad eum*, al.

407. Multa verba duo complementa objectiva in accusativo posita, vel alterum personae, alterum rei, vel utrumque personae, vel utrumque rei sibi subjungunt. — Quorum, secundum rationem inter objecta sua intercedentem, duo genera constitui possunt. Aliorum enim objecta a se diversa nulloque inter se vinculo juncta sunt, aliorum alterum alterius, ut subjecti sui, praedicatum est. — Atque illius quidem generis sunt omnium verborum, quorum f. I transitiva est et unum accusativum regit, ff. II et IV notione caussativa praeditae (vid. § 41 et 46), necnon verba implendi et saturandi, privandi, vetandi et prohibendi, dandi, interrogandi et petendi, dicendi, alia, quorum pleraque et ipsa vim caussativam habent, ut أَعْلَمَنِي ٱلْأَمْرَ *nuntiavit mihi rem* (pr. scientem me fecit

rem), عَلَّمَهُ عِلْمَ ٱلْهَيْئَةِ *docuit eum Astronomiam*, زَوَّجْتُ زَيْدًا ٱبْنَةَ أَخِى *in matrimonium dedi Zeido filiam fratris mei*, أَشْبَعَهُ خُبْزًا *saturavit eum pane* (شَبِعَ خُبْزًا *satur fuit pane*), أَطْعَمَهُ ٱلسَّيْفَ *comedendum ei dedit gladium*, i. e. gladio eum percussit, سَقَوْا زَيْدًا خَمْرًا مَسْمُومَةً *Zeido vinum venenatum bibendum dederunt* (pr. fecerunt Z. bibentem etc.), حَرَمَهُ ٱللّٰهُ بَرَكَةَ ٱلْعِلْمِ *Deus eum benedictione scientiae privavit*, قِنَا عَذَابَ ٱلنَّارِ (قِ imperat. a وَقَى, vid. § 200) *serva nos a poena ignis inferni*, أَعْطَاهُ ٱلْكِتَابَ *dedit ei librum* (pr. *fecit eum sumentem librum*), رَزَقَهُ ٱللّٰهُ ٱلْعُمْرَ *Deus vita eum donavit*, وَقَّاهُ ٱللَّبَنَ *large ei dedit lac* (pr. fecit, ut large haberet lac), إِسْئَلِ ٱللّٰهَ ٱلْعَفْوَ *pete a Deo veniam peccatorum*, وَعَدَنَا ٱللّٰهُ ٱلْحَيٰوةَ ٱلْأَبَدِيَّةَ *Deus nobis vitam aeternam promisit*, أَنْشَدَنِى شِعْرًا *recitavit mihi carmen*. — Duo complementa objectiva, quorum alterum alterius, ut subjecti sui, praedicatum est, regunt 1) verba faciendi, constituendi, vocandi, nominandi et 2) verba a grammaticis Arabicis أَفْعَالُ ٱلْقَلْبِ, *verba cordis*, i. e. actionem mente factam denotantia, vel etiam أَفْعَالُ ٱلشَّكِّ وَٱلْيَقِينِ, *verba dubitationis et certitudinis*, dicta: عَلِمَ *scivit*, وَجَدَ *invenit*, رَأَى *judicavit*, ظَنَّ *putavit*, حَسِبَ *existimavit*, خَالَ *imaginatus est*, زَعَمَ *opinatus est*, *perhibuit*, ut جَعَلَ ٱللّٰهُ لَكُمُ ٱلْأَرْضَ فِرَاشًا *Deus terram vobis cubile fecit*, إِتَّخِذِ ٱللَّيْلَ جَمَلًا *utere nocte pro camelo*, دَعَوْتُهُ مُحَمَّدًا *vocâvi eum Muhammedem*, سَمَّيْتُ كِتَابِى تَعْلِيمَ ٱلْمُتَعَلِّمِ طَرِيقَ ٱلتَّعَلُّمِ *nomen dedi libro meo institutionem discentis ad viam discendi*; عَلِمْتُ زَيْدًا جَاهِلًا *scio, Zeidum stultum esse*, رَأَيْتُ أَحَقَّ ٱلْحَقِّ حَقَّ ٱلْمُعَلِّمِ *videtur mihi gravissimum debitum id, quod magistro debetur*, لَا تَحْسِبَنَّ ٱلَّذِينَ قُتِلُوا فِى سَبِيلِ ٱللّٰهِ أَمْوَاتًا *nolite pro mortuis habere eos, qui in se-*

mita Dei (religionis caussa) *interfecti sunt*, وَجَدْتُهُ شَيْخًا حَلِيمًا *inveni eum senem mansuetum*, مَا أَظُنُّ ٱلسَّاعَةَ قَائِمَةً *non puto horam* (judicii) *instare*.

Adnot. *a*. Complementorum objectivorum id, quod subjectum alterius est ٱلْمَفْعُولُ ٱلْأَوَّلُ, *objectum prius*, alterum, quod illius praedicatum est, ٱلْمَفْعُولُ ٱلثَّانِي *objectum posterius* vocatur.

Adnot. *b*. F. IV verborum cordis tres accusativos regit, ut يُرِيكُمْ أَعْمَالَكُمْ خَبِيثَةً *ostendet vobis opera vestra prava esse*.

Adnot. *c*. Verba cordis etiam ita construi possunt, ut in enuntiationem alias iis subjectam nullam vim exerceant, sed illa et ipsa sui juris sit. Quod si fit, ei aut postponuntur, aut inseruntur, aut denique praeponuntur, ut زَيْدٌ جَاهِلٌ ظَنَنْتُ *Zeidus stultus est, puto*, زَيْدٌ ظَنَنْتُ جَاهِلٌ *Zeidus, puto, stultus est*, ظَنَنْتُ لَزَيْدٌ جَاهِلٌ *puto: Zeidus est stultus*. Tertia tamen ratio requirit, ut enuntiationi affirmativae praemittatur particula لَ, *sane*, ut in exemplo supra posito, aut ut enuntiatio incipiat a particula negativa, ut عَلِمْتُمْ مَا جِئْنَا لِنُفْسِدَ فِي ٱلْأَرْضِ *scitis: non venimus, ut grassemur in terra*, aut a verbo interrogativo, ut عَلِمْتَ أَيُّهُمْ جَآءَ *scisne, quis eorum venerit*.

408. Ubi verba, quae duos accusativos regunt, in passivum traducuntur, alter, in priore horum verborum genere (vid. § 407) accusativus personae *), in posteriore is, qui alterius accusativi, ut praedicati sui, subjectum est, in nominativum transit, alter immutatus manet, ut عُلِّمَ زَيْدٌ عِلْمَ ٱلْهَيْئَةِ *Zeidus Astronomiam edoctus est* (pr. factus est discere A.), أُطْعِمَ ٱلسَّيْفَ *ense percussus est* (pr. factus est comedere ensem), سُقِيَ ٱلْوَزِيرُ مَآءً مَسْمُومًا *Vezîro aqua venenata ingesta est* (pr. V. factus est bibere aquam v.), رُزِقَ ٱلْعُمْرَ *vita donatus est*, حُرِمَ بَرَكَةَ ٱلْعِلْمِ *privatus est benedictione scientiae*, أُنْشِدْتُ شِعْرًا لِغَيْرِهِ *carmen mihi recitatum est*

*) Vel ubi ambo accusativi personae sunt, is, qui propior est, ut زُوِّجَ ٱبْنَةَ أَخِي q. d. *factus est in matrimonium ducere filiam fratris mei*

ab alio factum, حُسِبُوا أَمْوَاتًا *pro mortuis habiti sunt*, جُعِلَتِ ٱلْأَرْضُ فِرَاشًا *terra cubile facta est.*

Adnot. *a.* Quum أَتَى *venit* accusativum personae, ad quam venitur, sibi subjungat (§ 406 Adnot. *b.*), atque hinc IV ejus f., accedente ad hunc accusativum accusativo rei (fecit, ut aliquid ad aliquem veniret, attulit ald. ad alm.), dupliciter transitiva facta, objectum propius ex origine rem habeat, non personam, tamen major hujus dignitas efficit, ut in illius locum succedat, hinc in pass. hujus formae أُوتِيَ non res, sed persona in nominativum transeat, ut act. آتَى مُوسَى بَنِي إِسْرَآئِيلَ ٱلْكِتَابَ *attulit Moyses filiis Israelis scripturam* (sacram), pass. أُوتِيَ بَنُو إِسْرَآئِيلَ ٱلْكِتَابَ, non أُوتِيَ ٱلْكِتَابُ بَنِي إِسْرَآئِيلَ, *scriptura* (sacra) *filiis Israelis allata est.*

Adnot. *b.* Ubi verbum in activo tres accusativos regit (§ 407 Adnot. *b.*), in passivo unus, proximus, in nominativum transit, reliqui duo immutati manent, ut نُبِّئْتُ عَمْرًا كَرِيمًا *certior factus sum ʿAmrum liberalem esse.*

409. Verba, tam intransitiva, quam transitiva eorumque tam passivum quam activum nomina sua abstracta (nomina verbi, vid. § 217) eaque vel sola posita, vel adjectivo, pronomine demonstrativo, genitivo nominis, enuntiatione descriptivâ vel relativâ aucta, itemque, quae nominibus verbi accensenda sunt (vid. § 215), nomina vicis et speciei (§§ 240 seq.) tanquam complementa objectiva in accusativo posita, vel sola, vel ad aliud (a), quod (quae) regunt, complementum (a) adjecta sibi jungunt, ut ضَرَبَ ضَرْبًا *cecidit caedendo*, ضَرَبَهُ ضَرْبًا *cecidit eum caedendo*, ضَرَبَنِي ضَرْبًا *cecidit me caedendo*, ضَرَبَ زَيْدًا رَأْسَهُ ضَرْبًا *cecidit caput Zeidi caedendo*, نَامَ نَوْمًا *somnum dormivit*, سَارَ سَيْرًا *profectus est proficiscendo*, ضُرِبَ ضَرْبًا *caesum est caedendo* et *caesus est caedendo*, ضُرِبْتُ ضَرْبًا *caesus sum caedendo*, سِيرَ سَيْرًا *iter factum est iter faciendo*, ضَرَبْتُهُ ضَرْبًا شَدِيدًا vel,

omisso nomine verbi, ضَرَبْتُهُ شَدِيدًا *cecidi eum vehementer* (pr. caesione vehementi, ein gewaltiges Schlagen, mit einem ꝛc.) سِيرَ سَيْرًا طَوِيلًا *iter factum est longinquum*, ضَرَبَنِي هٰذَا ٱلضَّرْبَ *cecidit me sic*, خَافَ خَوْفَ ٱلْجَبَانِ *timuit timore ignavi*, i. e. ut ignavus timere solet, ضَرَبَنِي ضَرْبَ ٱلْمَوْتِ *cecidit me letaliter*, ضَرَبَنِي ضَرْبًا أَوْجَعَنِي *cecidit me ita vel tantopere, ut mihi dolorem crearet* (pr. caesione, quae mihi dolorem creavit), ضَرَبَنِي ٱلضَّرْبَ ٱلَّذِي لَا يَخْفَى عَلَيْكَ *cecidit me ita, ut non nescis* (pr. cecidit me ea caesione, quae te non latet), ضَرَبْتُهُ ضَرْبَةً وَضَرَبَنِي ضَرْبَتَيْنِ *cecidi illum ictu uno et cecidit ille me ictibus duobus* (ضَرَبَنِي ضَرْبَيْنِ esset: *cecidit me bis actionem caedendi in me exercendo, ictus nescio quot mihi infligens*), ضَرَبْتُهُ ضِرْبَةً وَضَرَبَنِي طِعْنَةً *percussi illum aliquo modo caedendi et percussit ille me aliquo modo pungendi.* Quod complementum objectivum, ab Arabibus appellatum ٱلْمَفْعُولُ ٱلْمُطْلَقُ, *objectum absolutum*, i. e. non, ut objectum strictiore sensu dictum, tantum a verbo activo simpliciter, dupliciter vel tripliciter transitivo aut a passivo simpliciter vel dupliciter transitivo pendens, vel etiam ٱلْمَصْدَرُ *principium* (vid. § 217 Adnot.), duobus usibus inservit:

1) Solum et indeterminatum, لِلتَّأْكِيدِ, i. e. ἐνεργείας, et لِلتَّعْظِيمِ, i. e. *amplificationis caussa* ponitur, quae significatio inest in indeterminatione vim, gravitatem et effectum verbi quasi nullis finibus includente, ut إِذَا زُلْزِلَتِ ٱلْأَرْضُ زِلْزَالًا *quando terra commotione quadam* (at quali! i. e. vehementer) *commovebitur*, إِذَا رُجَّتِ ٱلْأَرْضُ رَجًّا وَبُسَّتِ ٱلْجِبَالُ بَسًّا *quando terra concussione quadam* (i. e. vehementer) *concutietur et montes confusione quadam*

(i. e. prorsus) *confundentur*, رَضَّ عِظَامَهُ رَضًّا *ossa ejus contusione quadam* (i. e. prorsus) *contudit.*

2) Ubi adjectivum, pronomen demonstrativum, genitivum, enuntiationem descriptivam vel relativam adsciscit (vid. exempla supra posita), notionem verbi aliqua accessione, quae in nostris linguis fere adverbio vel enuntiatione conjunctiva indicatur, definit et restringit.

Ubi ٱلْمَفْعُولُ ٱلْمُطْلَقُ nomen vicis est, Arabes id لِلتَّعْدَادِ *enumerationis caussa*, ubi nomen speciei est vel ubi adjectivum aliave talia adjuncta habet, لِلنَّوْعِ vel لِلتَّمْيِيزِ, *specificationis* vel *distinctionis caussa* positum esse dicunt.

Adnot. *a.* Pro nomine ipsius verbi etiam nomen verbi simili significatione praediti ponitur, item nomen substantivum concretum, ut جَلَسَ قُعُودًا *sedit sedendo*, إِنْهَزَمُوا هَزِيمَةً شَنِيعَةً *turpiter fugati sunt.*

Adnot. *b.* Accusativus nominis verbi, ubi activum, a quo pendet, in passivum traducitur, ut jam vidimus, immutatus manere potest. Potest tamen etiam, si nullum aliud subjectum adest, in nominativum mutari, ut ضُرِبَ ضَرْبٌ *caedere caesum est* (ein Schlagen ist geschlagen worden). Ubi accusativus ponitur, verbu impersonale est, ubi nominativus, personale.

410. Ut verba proxime transitiva ipsa, ita nomina horum verborum objectum in accusativo positum sibi subjungere, quoties et quatenus vim verbalem in se habeant, jam supra § 404 diximus. Jam pleniora de rectione nominum illorum verborum haec tene:

1) Complementum objectivum actionis ubi solum expressum est, non expresso actionis subjecto, nomini actionis in genitivo (genitivo objectivo, a subjectivo, qui actionis subjectum indicat, distinguendo) annecti solet, nisi ubi inter hoc et illud aliquid intercedit: quod si fit, quum genitivus nominativum nullo verbo interposito sequi debeat, compl. object. in accusativo ponitur, ut لَا يَسْأَمِ ٱلْإِنْسَانُ مِنْ دُعَآءِ ٱللّٰهِ *hominem ne taedeat, Deum invocare*, إِطْعَامٌ فِي يَوْمٍ

بِضَرْبٍ بِٱلسُّيُوفِ *cibare die famis orbum,* ٱلْمَسْغَبَةِ يَتِيمًا رُؤُوسَ قَوْمٍ *percutiendo ensibus capita quorundam.* — Item objectum nominis actionis in accusativo ponitur, ubi nomen actionis articulo instructum est, quum nomen ita determinatum genitivum assumere nequeat, ut ضَعِيفُ ٱلنِّكَايَةِ أَعْدَآءَهُ *debilis in affligendo hostes suos.*

2) Ubi et subjectum et complementum objectivum actionis expressum est, aut illud prius in genitivo et hoc posterius in accusativo, aut illud posterius in nominativo et hoc prius in genitivo, aut denique illud prius in nominativo et hoc posterius in accusativo ponitur. Prima ratio omnium usitatissima est, secunda haud infrequens, ibi maxime obtinens, ubi complementum objectivum pronomen est, tertia, quae ubi locum habet, nomen actionis vel nunatione vel articulo vel denique additamento tempus vel locum actionis indicante et in genitivo posito instructum esse potest, rarius usuvenit, ut كَانَ قَتْلُ ٱلْخَلِيفَةِ جَعْفَرًا فِي هٰذِهِ ٱلسَّنَةِ *hoc anno Halîfa Ġáfarum interfecit* (pr. fuit interfectio Halîfae Ġáfarum hoc anno), أُذْكُرُوا ٱللّٰهَ كَذِكْرِكُمْ آبَآءَكُمْ *memores estote Dei, quemadmodum memores estis patrum vestrorum;* سَفَتْهُمْ رِيحُ ٱلْفَنَآءِ سَفْيَ ٱلرِّمَالِ يَدُ ٱلدَّبُورِ *ventus mortis eos dispersit, quemadmodum manus cauri arenam dispergit,* مَنَعَ ٱلنَّاسَ مِنْ مُخَاطَبَتِهِ أَحَدٌ بِسَيِّدِنَا *vetuit homines, ne quis ipsum in alloquendo dominum nostrum appellaret;* بَلَغَنِي تَطْلِيقُ ٱلْيَوْمَ زَيْدٌ هِنْدًا *pervenit ad me, Zeidum hodie Hindam repudiasse,* بَلَغَنِي ٱلْقَتْلُ مَحْمُودٌ أَخَاهُ *pervenit ad me, Mahmudem fratrem suum interfecisse,* أَعْجَبَنِي ٱنْتِظَارُ يَوْمِ ٱلْجُمْعَةِ مُحَمَّدٌ عَمْرًا *placuit mihi, Muhammedem 'Amrum die veneris exspectasse.*

Adnot. *a.* Ubi et subjectum et complementum objectivum nominis actionis pronomen est, ambo ei suffigere licet, ut حُبِّيهِ عَلَّمَنِي ٱلتَّنَسُّكَ *amor meus in eum me docuit assiduitatem in colendo Deo.*

Adnot. *b.* Ut nomina actionis ipsa, ita nomina, quae ad eorum vim accedunt eorumque vicem explent, cum genitivo subjecti et accusativo objecti construuntur, ut بِعِشْرَتِكَ ٱلْكِرَامَ تُعَدُّ مِنْهُمْ *propter consuetudinem tuam cum hominibus nobilibus iis adnumeraberis,* مِنْ قُبْلَةِ ٱلرَّجُلِ زَوْجَتَهُ ٱلْوُضُوءُ *quum vir uxori osculum dedit, lotio sacra necessaria est* (ad verbum: ab vel ex osculatione viri uxorem suam pendet etc.)

Adnot. *c.* Eadem, quae de verborum simpliciter transitivorum nominibus dicta sunt, in nomina verborum dupliciter transitivorum cadunt. Eo tantum haec ab illis differunt, quod vel genitivo objectivo accusativum, vel post genitivum subjectivum accusativo alterum accusativum addunt, ut تَعْلِيمُ ٱلْمُتَعَلِّمِ طَرِيقَ ٱلتَّعَلُّمِ *docere discentem* (ad verbum: docere discentis, gen. obj.) *rationem discendi,* تَعْلِيمُ ٱلْمُعَلِّمِ ٱلْمُتَعَلِّمَ طَرِيقَ ٱلتَّعَلُّمِ *quod docens docet* (ad verbum: docere docentis, gen. subj.) *discentem rationem discendi,* إِنَّ ٱلنَّاسَ كَرِهُوا إِطْعَامَ مُحَمَّدٍ عَمْرًا خُبْزًا مَسْمُومًا *homines improbarunt, quod Muhammedes ʿAmro panem venenatum edendum dedit.*

Adnot. *d.* Complementum nominis actionis in genitivo positum, actionis ubi subjectum exprimit, per مِنْ, ubi objectum, per لِ (vid. infr. § 412), ubi locum et tempus, per فِي resolvi potest, ut حُبِّيهِ (vid. Adnot. *a.*) per ٱلْحُبُّ ٱلْحَاصِلُ مِنِّي لَهُ *amor, qui a me ei contingit* (die Liebe, die ihm von mir wird), سَفْيَ ٱلرِّمَالِ, سَفْيَ يَدِ ٱلدَّبُورِ يَدِ ٱلدَّبُورِ (vid. § 410, 2)) per لِلرِّمَالِ إِنْتِظَارُ يَوْمِ ٱلْجُمْعَةِ (ibid.) per إِنْتِظَارٌ فِي يَوْمِ ٱلْجُمْعَةِ.

411. Nomina verborum remotius, i. e. per praepositiones, transitivorum iisdem, quibus verba ipsa, praepositionibus complementa objectiva assumunt; cf. مَا لِي قُدْرَةٌ عَلَى ذَلِكَ *non est mihi hoc faciendi potestas* § 406 *Adnot. a.* — Idem cadit in nomina verborum rectionis mixtae; proximo enim objecto in genitivum transeunte, objectum remotius praepositionem suam retinet, ut تَوْفِيقُ ٱلْإِنْسَانِ لِلطَّاعَةِ *secundatio ho-*

minis ad obedientiam, i. e. quod Deus hominem ope sua ad recte faciendum perducit. Interdum tamen fit, ut arctissima per genitivum conjunctio in locum laxioris per praepositiones succedat, ut مَيْلُ ٱلْإِسْلَامِ pro ٱلْمَيْلُ إِلَى ٱلْإِسْلَامِ *inclinatio animorum ad Islâmum.*

412. Nomina verbi saepissime complementum objectivum non in accusativo positum, sed per praepositionem لِ cum genitivo sibi subjungunt. Quae praepositio, hoc ubi fit, accusativum exponit sive relationem nominis verbi ad objectum suum extrinsecus indicat. Ab Arabibus لِ, ٱللَّامُ لِتَقْوِيَةِ ٱلْعَامِلِ *positum ad corroborationem regentis* (nominis verbi, virtutis verbalis, quam nomen verbi habet) rectissime vocatur. Minor enim quum insit nominibus verbi quam verbis ipsis vis verbalis, facile fit, ut illis, ad hanc vim in objecta sua exserendam, praepositio directionem actionis in objectum exprimens subveniat. Solet autem hoc لِ post nomen verbi pro accusativo objectivo poni a) ubi nomen verbi indeterminatum proxime antecedit (§ 410 1)), ut مِنْ غَيْرِ تَأَمُّلٍ لِخَطَآئِهِ وَصَوَابِهِ pro مِنْ غَيْرِ تَأَمُّلٍ خَطَآءَهُ وَصَوَابَهُ *haud considerans, quid in eo esset falsum et verum*; maxime, ubi nomen verbi in accusativo adverbiali (vid. inf. § 420) positum est, ut أَقُومُ لَهُ تَعْظِيمًا لِأُسْتَاذِى pro تَعْظِيمًا أُسْتَاذِى *assurgo ei in honorem magistri mei*, إِنَّمَا قَالَ ذٰلِكَ إِكْرَامًا لَهُ pro إِكْرَامًا إِيَّاهُ *hoc ideo tantum dixit, ut ei honorem haberet*; b) ubi nomen verbi determinatum item proxime antecedit (§ 410 1)), ut تَرْكُ ٱلْمُطَالَبَةِ لِلنَّاسِ *desistere ab hominibus persequendis*, رُؤْيَتُهُ لِلّٰهِ *quod is Deum vidit;* c) ubi inter nomen verbi et accusativum genitivus interpositus est (§ 410 2)), ut فَبَقِيَ أَنَّ تَسْخِينَ ٱلشَّمْسِ لِلْأَرْضِ إِنَّمَا هُوَ عَلَى سَبِيلِ ٱلْإِضَآءَةِ pro أَنَّ تَسْخِينَ الشَّمْسِ ٱلْأَرْضَ *restat ergo, solem terram non alio modo calefacere, quam vi sui luminis* (pr.: quod calefacere terrae solem non est etc.), لِمُطَالَبَةِ أَعْدَآئِى لِى pro

لِمُطَالَبَةِ أَعْدَآئِى إِيَّاىَ *propterea quod hostes mei me persequuntur.* In talibus optio conjunctionis antiquioris arctiorisque per accusativum, aut recentioris laxiorisque per praepositionem plerumque judicio et sensui scriptoris permissa est.

413. Ut nomina verbi, ita etiam nomina agentis, mediam inter verbum et nomen locum tenentia atque utriusque participia potestatis, quatenus vim verbalem in se habent, verbi, quatenus nomina sunt, nominis rectionem sequuntur, aut denique ambas rectiones miscent. Teneantur autem de eorum rectione haec:

1) Unum complementum objectivum, ubi nomini agentis subjungitur, in accusativo aeque atque in genitivo poni potest, ut سَارِعُوا إِلَى جَنَّةٍ أُعِدَّتْ لِلْكَاظِمِينَ ٱلْغَيْظَ *properate ad hortum, qui praeparatus est iram cohibentibus,* كُلُّ نَفْسٍ ذَآئِقَةُ ٱلْمَوْتِ *omnis anima mortem gustans* (est vel erit, gustabit), رَبَّنَا إِنَّكَ جَامِعُ ٱلنَّاسِ *domine noster, tu congregans* (congregator) *hominum* (eris, homines congregabis), ٱلَّذِينَ يَظُنُّونَ أَنَّهُمْ مُلَاقُوا رَبِّهِمْ *qui se coram Domino suo comparituros esse credunt.* — Nomina agentis verborum proxime transitivorum, ubi sensum ٱلْمُضَارِع, *Imperfecti* (Imperfecti historici, Praesentis, Futuri) habent, utpote vi verbali praedita, vel accusativum, vel genitivum in locum accusativi substitutum sibi subjungunt; qui genitivus, quum hanc ob rem annexio ejus ad nomen agentis غَيْرُ ٱلْحَقِيقِيَّةِ, *non vera,* sit, quominus hoc articulo determinetur, non impedit, ut قَاتِلُ ٱلنَّاسِ et قَاتِلُ ٱلنَّاسَ *aliquis, qui homines interficiebat, interficit, interficiet,* ٱلْقَاتِلُ ٱلنَّاسِ et ٱلْقَاتِلُ ٱلنَّاسَ *is, qui homines* etc. Contra, ubi nomina agentis verborum proxime transitivorum sensum ٱلْمَاضِى *Perfecti* (Plusquamperfecti, Perfecti, Aor. historici et Fut. exacti) habent, utpote ad nominum, quae ex ipsis fiunt (ut كَاتِبٌ *scribens, aliquis qui scripsit, scriba*) naturam proxime accedentia, ut haec genitivum tantum sibi subjungere possunt, et quia, quum hujus ad ea annexio

حَقِيقِيَّةٌ, *vera*, sit, genitivo jam determinata sunt, articulo instrui nequeunt, ut قَاتِلُ ٱلنَّاسِ (non ٱلْقَاتِلُ ٱلنَّاسِ neque قَاتِلُ ٱلنَّاسَ aut ٱلْقَاتِلُ ٱلنَّاسَ) *is qui homines interfecerat, interfecit* (getödtet hat et tödtete, *interfecerit*), i. q. يَكُونُ قَتَلَ ٱلنَّاسَ et قَتَلَ et ٱلَّذِى كَانَ قَتَلَ. Plane eadem de nomm. ag. suffixa sibi subjungentibus valent, ut أَحَدٌ يَلُومُنِي = لَآئِمِي *aliquis, qui me vituperat* et ٱلَّذِى يَلُومُنِي = ٱللَّآئِمِي *is, qui* etc., contra لَآئِمِي (non ٱللَّآئِمِي) = ٱلَّذِى لَامَنِي *is, qui me vituperavit.* — Praeterea ubi nomen agentis indeterminatum est, objectum suum sibi in accusativo non subjungit, nisi si 1) subjecti alicujus plerumque sibi praemissi vel attributum, vel terminus circumstantialis statum indicans et in accusativo positus (vid. infr. § 423), vel denique praedicatum est, vel si 2) post particulam interrogativam vel negativam, attributum est subjecti, sive ei praeponitur, quod plerumque fit, sive postponitur, vel si 3) interjectionem vocativam يَا ut praedicatum subjecti omissi sequitur, ut زَيْدٌ ضَارِبٌ أَبُوهُ أَخًا لِي *Zeidus, pater ejus,* (pater Zeidi) *fratrem, qui mihi est, percutit,* جَآءَنِي عَمْرٌو طَالِبًا أَدَبًا *'Amr ad me venit, quaerens, ut eum erudirem,* مَرَرْتُ بِفَارِسٍ طَالِبٍ ثَارَ أَبِيهِ *praeterivi equitem ultionem caedis patris sui quaerentem,* هَلْ مُكْرِمٌ أَنْتَ زَيْدًا *afficiesne tu Zeidum honore?* مَا مُجِيرٌ أَحَدٌ عَدُوَّ أَحِبَّآئِهِ *nemo amicorum hostem in tutelam recipit,* مَا أَنْتَ بِتَابِعٍ قِبْلَتَهُمْ *tu non sequeris eorum Qiblam,* يَا طَالِعًا جَبَلًا *o tu qui montem ascendis!*

Adnot. Nomen agentis, ubi ei substantivum in genitivo positum annectitur, articulo instrui non potest, nisi ubi genitivus vel ipse articulo determinatus est, vel alium genitivum articulo determinatum sibi subjunctum habet, ut ٱلضَّارِبُ ٱلْعَبْدِ *qui servum*

percutit et ٱلضَّارِبُ رَأْسِ ٱلْعَبْدِ *qui caput servi percutit*; verum neque ٱلضَّارِبُ عَبْدٍ neque ٱلضَّارِبُ زَيْدٍ neque ٱلضَّارِبُ عَبْدِهِ neque ٱلضَّارِبُ عَبْدِ زَيْدٍ dicitur. Quod ea de caussa fieri videtur, ut inter ٱلْمُضَافُ et ٱلْمُضَافُ إِلَيْهِ quoddam aequipondium sit. Quanquam nom. agentis in duali vel plurali sano masculino positum, etiam ubi genitivus articulo vel complemento articulo instructo caret, articulo instrui potest, quia abjectis terminationibus نِ et نَ ٱلْمُضَافُ et ٱلْمُضَافُ إِلَيْهِ arctiori nexu cohaerent et, ut nom. agentis articulo determinatum et suffixo instructum, quasi in unum vocabulum coalescunt, ut ٱلضَّارِبَا عَبْدٍ, ٱلضَّارِبَىْ زَيْدٍ, ٱلضَّارِبُوا عَبْدِ زَيْدٍ, ٱلضَّارِبِى عَبْدِهِ = ٱلضَّارِبَانِ عَبْدًا, ٱلضَّارِبَيْنِ زَيْدًا, ٱلضَّارِبُونَ عَبْدَ زَيْدٍ, ٱلضَّارِبِينَ عَبْدَهُ. Ad quas duas loquendi rationes tertia medium inter eas locum obtinens accedit: ٱلضَّارِبَا عَبْدًا, ٱلضَّارِبَىْ زَيْدًا, ٱلضَّارِبُوا عَبْدَ زَيْدٍ, ٱلضَّارِبَىْ عَبْدَهُ, quibus in exemplis abjectio terminationum نِ et نَ arctiori tantum nexui logico indicando inservit, quemadmodum etiam in illo ٱلْأَمِيرُ ٱلْقَاتِلَا أَخَوَاهُ مُحَمَّدًا *princeps, cujus fratres Muhammedem interfecerunt*, ubi inter dualem nom. ag. terminatione نِ privatum ejusque accusativum aliud adeo nomen interpositum est. — Eodem modo, ubi pronomen ut objectum duali vel plurali sano masc. nominis agentis articulo determinati annexum est, tres loquendi rationes usuveniunt: 1) ٱلضَّارِبَاهُ, ٱلضَّارِبُوهُ, 2) ٱلضَّارِبَانِ إِيَّاهُ, ٱلضَّارِبُونَ إِيَّاهُ vel ٱلضَّارِبَانِ لَهُ, ٱلضَّارِبُونَ لَهُ, et 3) ٱلضَّارِبَانِهِ, ٱلضَّارِبُونَهُ; quarum in postrema suffixum specie ut nominale in genitivo, revera autem ut verbale in accusativo positum est. In prima adeo loquendi ratione objectum quoad formam, ut suffixum nominale, in genitivo positum Arabibus accusativum fuisse usus suffixi verbalis primae personae نِى in ٱلْمُوَافِينِى, صَادِقُونِى et similibus arguit.

Adnot. Ubi duo vel plura nomm. per وَ connexa nomen agentis sequuntur, haud raro prius vel primum tantum in genitivo,

ponitur, posterius vel reliqua in accusativo vi nominali nominis agentis per locum, quem complementa obtinent, ab eo remotiorem sublatâ atque in verbalem mutatâ, ut مُبْتَغِى جَاهٍ وَمَالًا مَنْ نَهَضَ *quaerit honorem et opes qui surgit,* جَاعِلُ ٱللَّيْلِ سَكَنًا وَٱلشَّمْسَ وَٱلْقَمَرَ حُسْبَانًا *qui instituit noctem ad quietem et solem et lunam ad temporis rationem.*

2) Ubi nomen agentis a verbo est, quod duo complementa objectiva regit (§ 407), complementum posterius in accusativo, prius vel in accusativo, quod plerumque, vel in genitivo, quod rarius fit, sibi subjungit, ut أَنَا كَاسٍ زَيْدًا ثَوْبًا مُفَخَّرًا vel أَنَا كَاسِى زَيْدٍ ثَوْبًا مُفَخَّرًا *vestiam Zeidum veste splendida,* هَلْ أَنْتَ ظَانٌّ عَمْرًا عَاقِلًا vel هَلْ أَنْتَ ظَانُّ عَمْرٍو عَاقِلًا *putasne tu, ʿAmrum hominem cordatum esse.*

Adnot. *a.* Ubi complementa objectiva nominis agentis verbi dupliciter transitivi pronomina sunt, duo suffixa, quorum prius accusativus vel genitivus, posterius accusativus est, ei affigi possunt, ut مُعْطِيكَهُ *is qui illud tibi dat,* مُطْعِمُنِيهَا *is qui mihi illud edendum dat.*

Adnot. *b.* Posterius duorum complementorum nominis agentis, complementum in accusativo positum, interdum inter nomen agentis et prius in genitivo collocatum interponitur, ut سِوَاكَ مَانِعُ فَضْلَهُ ٱلْمُحْتَاجِ *alii ac tu beneficia sua agentibus denegant,* لَا تَحْسِبَنَّ ٱللَّهَ مُخْلِفَ وَعْدَهُ رُسُلِهِ *noli putare, Deum legatos suos promissa non servando frustrari.*

414. Plane eadem, quae § 412 de usu praepositionis لِ post nomina verbi exposita sunt, de ejusdem praepositionis usu post nomina agentis sunt dicenda. Ponitur igitur لِ a) ubi nomen agentis indeterminatum proxime antecedit, ut مُعْجِبٌ لَكَ *aliquis, qui admiratione te afficit,* وَهِىَ مُجَانِبَةٌ لَهُ *eâ illum vitante* (ubi nomen agentis indeterminatum praedicatum est جُمْلَةٍ حَالِيَّةٍ *enuntiationis circumstantialis*) وَٱلْحِيلَةُ لَا تَجُوزُ إِلَّا إِذَا كَانَ ٱلْخَصْمُ مُتَعَنِّتًا لَا طَالِبًا لِلْحَقِّ *et dolis* (in dispu-

tando) *uti non licet, nisi quum adversarius calumniosus, non veri studiosus est*; maxime ubi nomen agentis in accusativo adverbiali positum est, ut نَزَلَ عَلَى ٱلْمَدِينَةِ مُحَاصِرًا لَهَا *consedit ad urbem obsidione eam cincturus*, وَكَفَى بِلَذَّةِ ٱلْعِلْمِ دَاعِيًا وَبَاعِثًا لِلْعَاقِلِ *et sufficit dulcedo scientiae, quae advocet et alliciat ratione praeditum*; b) ubi nomen agentis determinatum item proxime antecedit, ut ٱلْمُفَسِّرُونَ لِهٰذِهِ ٱلْأَبْيَاتِ *qui interpretantur hos versus*, أَقْوَى ٱلْأَسْبَابِ ٱلْجَالِبَةِ لِلرِّزْقِ إِقَامَةُ ٱلصَّلٰوةِ بِٱلتَّعْظِيمِ *validissima caussarum victum afferentium est: precationem rite peragere cum veneratione*, وَبَقِيَ يَتَفَكَّرُ فِي ذَلِكَ ٱلشَّيْءِ ٱلْمُصَرِّفِ لِلْجَسَدِ *perrexit autem cogitare de re illa, quae corpus regebat*; c) ubi inter nomen agentis et accusativum genitivus interpositus est, ut مُطْعِمُهَا لِي *is, qui illa mihi edenda dedit.*

Adnot. Necessario لِ (vel seq. pron. إِيَّا) pro accusativo ponitur, ubi object. nom. agent. rhetorice praemissum est, ut وَكَانُوا لَنَا عَابِدِينَ *et adorabant nos*, مَا كُنَّا لِلْغَيْبِ حَافِظِينَ *non servamus arcanum*, إِنَّا لَهُ لَحَافِظُونَ *nos certe id servabimus.* Idem etiam in verbo finito fit, ut إِنْ كُنْتُمْ لِلرُّؤْيَا تَعْبُرُونَ *si hanc visionem interpretamini.*

415. Nomina patientis, ubi verbum, a quo derivata sunt, in activo duos accusativos regit, altero in nominativum transmutato alterum servant, ut زَيْدٌ مُعْطًى عَبْدُهُ دِرْهَمًا *servus Zeidi donatus est drachmâ* (ad verbum: Zeidus, servus ejus etc.); cf. § 408.

416. Ut nomina agentis, ita etiam adjectiva verbalia earum formarum, quarum notio a notione nominum agentis sola intensione ad eam accedente differt: فَعَّالٌ (§ 253) et فَعُولٌ (§ 252 Adnot. c. et § 253) — raro etiam adjj. formarum فَعِيلٌ (ibid.) et فَعِلٌ — utpote vi verbali praedita, accusativum, vel, quae ejus vicem subit, praepositionem لِ regunt,

illum, quia exiguam tantum virtutem verbalem habent, rarissime et apud solos poëtas, hanc contra satis frequenter, ut سَمَّاعُونَ لِلْكَذِبِ أَكَّالُونَ لِلسُّحْتِ *homines, qui aures praebent mendacio, qui edunt illicita*, مَنَّاعٌ لِلْخَيْرِ *qui, quominus aliquid boni fiat, studiose impedit*, خَوَّاضٌ إِلَيْهِ ٱلْكَتَائِبَ *qui, ei* (morti) *se offerens, in turmas* (hostium) *se immergit*, قَوُولٌ لِ *qui semper dicit, quod* فَتَاتَانِ أَمَّا مِنْهُمَا فَشَبِيهَةٌ هِلَالًا *duae puellae, quarum altera quidem similis est novae lunae.*

417. Etiam adjectiva verbalia formae أَفْعَلُ, quae comparativo et superlativo nostro respondent (§ 254), ubi a verbis transitivis ducuntur, objectum suum rarius in accusativo, saepissime per praepositionem لِ sibi subjungunt, ut هُوَ أَطْلَبُ لِلْعِلْمِ مِنْكُمْ *ille magis quaerens est* (quaerit) *scientiam quam vos*, لَيْسَ شَيْءٌ أَزْيَدَ لِلْحِفْظِ مِنْ قِرَآءَةِ ٱلْقُرْآنِ نَظَرًا *nihil est, quod magis augeat memoriam, quam lectio Qorâni ocularis*, ٱلْمُؤْمِنُ أَحَبُّ لِلّٰهِ مِنْ نَفْسِهِ *fidelis Deum magis quam se ipsum amat*, هُوَ أَشْهَى لِلْأَمْرِ مِنِّي *ille cupidior rei est quam ego*, أَجْهَلُ ٱلنَّاسِ وَأَعْدَاهُمْ لِلْعِلْمِ وَأَمْقَتُهُمْ لِلشَّرْعِ (Sufii sunt) *ignorantissimi hominum et infensissimi scientiae et qui maxime oderunt legem* (Muhammedanam.)

Adnot. *a.* Adjj. verb. f. أَفْعَلُ a verbis amorem vel odium significantibus ducta, quae ubi sensu activo usurpantur, objectum per لِ sibi subjungunt (vid. tertium, quartum et quintum exemplum in §), ubi passivo *) adhibentur, subjectum per إِلَى secum nectunt, ut ٱلْمُؤْمِنُ أَحَبُّ إِلَى ٱللّٰهِ مِنْ غَيْرِهِ *fidelis Deo carior est*

*) Nam quum una tantum sit adjj. verbb. comparativum et superlativum indicantium forma, haec aeque ab adjj. verbb. notione passiva praeditis atque ab adjj. verbb., quae activae sunt, derivata esse potest, ut أَحَبُّ a مُحِبٌّ et حَبِيبٌ.

quam alius, هُوَ أَبْغَضُ إِلَيَّ مِنْهَا *is mihi magis exosus est, quam ea.*

Adnot. *b*. Adjj. verbb. f. أَفْعَلُ a verbis intransitivis derivata per easdem praepositiones, per quas ipsa, a quibus derivantur, verba objecta sua sibi subjungunt, ut هُوَ أَزْهَدُ فِي ٱلدُّنْيَا وَأَسْرَعُ إِلَى ٱلْخَيْرِ وَأَبْعَدُ مِنَ ٱلْإِثْمِ وَأَحْرَصُ عَلَى ٱلْحَمْدِ *is abstinentior est a mundo et promptior ad bonum et alienior a peccato et avidior laudis.* Saepe tamen et haec et alia significationem non a prima, sed a secunda vel quarta forma mutuantur, ut ذَٰلِكُمْ أَقْوَمُ لِلشَّهَادَةِ (a مُقِيمٌ) *illud magis stabilit testimonium*, خُمُولُ ٱلْمَرْءِ لِلدِّينِ أَسْلَمُ (a مُسْلِمٌ) *humilitas viri religionem ejus magis incolumem servat*, (quam superbia), غَيْرُ ٱلدَّجَّالِ أَخْوَفُنِي عَلَيْكُمْ (a مُخَوِّفٌ vel مُخِيفٌ) *alius atque Antichristus efficit, ut vobis magis* (ab eo, quam ab ipso Antichristo) *timeam.*

418. Accusativus haud raro a verbo omisso pendet. Fit hoc

1) in formulis laudandi, salutandi et similibus, in quibus ex ipso accusativo nominis verbum repetendum est, ita ut ille اَلْمَفْعُولُ ٱلْمُطْلَقُ sit, ut سُبْحَانَ ٱللّٰهِ *laudem Dei* et سُبْحَانَهُ *laudem ejus* (Dei) sc. أُسَبِّحُ *laudo* (quod est إِخْبَارٌ, *enuntiatio facti*) vel سَبِّحْ, سَبِّحِي, سَبِّحُوا, سَبِّحْنَ *lauda, laudate* (quod est إِنْشَآءٌ, *jussum* vel *votum*), سَمْعًا وَطَاعَةً *audientiam et obedientiam*, sc. أَسْمَعُ وَأُطِيعُ *audio et obedio*;

2) ubi aliud verbum supplendum est, quam id ipsum, a quo derivatum est nomen in accusativo positum, et vividiori, qua hoc nomen pronuntiatur, ratione gestibusque, qui id comitantur, quod sit verbum supplendum, facile intelligitur, et quidem vel

a) item in formulis salutandi et similibus, ut مَرْحَبًا وَأَهْلًا, i. e. أَتَيْتَ مَرْحَبًا وَأَتَيْتَ أَهْلًا *venisti* (o hospes)

ad locum commodum et ad gentiles, i. e. *salve!* willkommen! مَرْحَبًا بِكَ i. e. أَتَيْتَ مَكَانًا يَرْحُبُ بِكَ *venisti ad locum tibi commodum*, مَرْحَبًا بِكَ ٱللّٰهُ وَمَسْهَلًا, i. e. جَعَلَ ٱللّٰهُ vel simile verbum: *locum tibi commodum impertivit Deus et facilem*, هَنِيئًا مَرِيئًا sc. كُلْ, كُلِي, كُلُوا, كُلْنَ *ede, edite cum facili digestione, salubriter ac laete*, wohl bekomm' es! vel

b) in locutionibus, quae *α*) aliquem sibi vel alicui corporis sui parti ab aliqua persona vel re cavere jubent (اَلتَّحْذِيرُ) — quibus in locutionibus modo persona, quae sibi cavere jubetur, modo persona vel res, a qua sibi persona aliqua cavere jubetur, hac aeque atque illâ vel semel positâ vel repetitâ, modo denique utraque, ita ut per وَ conjunctae sint, in accusativo ponitur — vel quae *β*) aliquem vel aliquos ad aliquam personam vel rem adoriendam instigant (اَلْإِغْرَآءُ), ut إِيَّاكِ *te!* إِيَّاكُمْ, إِيَّاكُنَّ *vos!* إِيَّاكِ إِيَّاكِ *te te!* etc. sc. بَعِّدْ etc. *arce* etc., i. e. إِحْذَرْ *cave* etc. (tibi etc., magnopere), إِيَّاكَ وَٱلْمُعَادَاةَ *cave ab inimicitiis*, إِيَّاكَ وَٱلْمُحْدَثَاتِ *cave nova*, إِيَّاكَ وَأَنْ تَشْتَغِلَ بِهٰذَا ٱلْجَدَلِ *cave, operam des isti disceptandi arti* (ubi, id quod saepius fit, loco accusativi nominis, أَنْ cum subjunctivo imperfecti positum est), أَمَامَكَ *ante te!* sc. prospice, *cave tibi*, رَأْسَكَ *caput tuum!* رَأْسَكَ رَأْسَكَ *caput tuum, caput tuum!* sc. نَحِّ *remove, declina*, اَلْأَسَدَ *leonem!* اَلْأَسَدَ ٱلْأَسَدَ *leonem, leonem!* sc. إِحْذَرْ *cave*, رَأْسَكَ وَٱلْحَائِطَ *caput tuum et murum* i. e. نَحِّ رَأْسَكَ وَٱحْذَرِ ٱلْحَائِطَ *declina caput tuum et cave tibi a muro;* اَلْأَسَدَ ٱلْأَسَدَ

leonem, leonem! et اَلْعَدُوَّ اَلْعَدُوَّ *hostem, hostem!* sc. خُذُوا *adorimini et corripite!* *) vel

c) iis in locutionibus, in quibus pronomini — plerumque primae, raro secundae personae — in nominativo posito nomen, cujus locum tenet, nullo intercedente verbo in accusativo adjicitur, eo consilio, ut indicetur, nomen id esse, quod pronomine designatur, illique, quod deinde enuntiatur, esse attribuendum, id quod in laudandi maxime et vituperandi formulis fit, ut نَحْنُ ٱلْعَرَبَ أَسْخَى مَنْ بَذَلَ *nos, Arabes* (dico), *liberalissimi sumus munificorum.* Arabes hanc loquendi rationem إِخْتِصَاصٌ *appropriationem,* appellant et accusativum ab أَعْنِي, *significo,* subintelligendo pendere rectissime dicunt.

Adnot. In locutionibus عَلَيْكَ زَيْدًا, عِنْدَكَ زَيْدًا, دُونَكَ زَيْدًا *adversus te, apud te, prope te Zeidum,* i. e. *cape Zeidum adversus te* etc. *stantem,* دُونَكَ *cape eum,* دُونَكُمْ *capite eum,* accusativus non ab أَنْ تَأْخُذَ, *ut capias,* inter عَلَيْكَ etc. et زَيْدًا supplendum (super te etc. est, ut capias Z.), sed a potestate imperativi خُذْ in illas praepositiones indita pendet. Idem dicendum de رُوَيْدَ زَيْدًا *lente propelle, leniter tracta Zeidum,* vel ita ut رُوَيْدَ constructionem nominalem habeat, رُوَيْدَ زَيْدٍ; est enim رُوَيْدٌ deminutivum nominis رُودٌ *lentus lenisque incessus;* item cum genitivo suffixo agentis et accusativo patientis, رُوَيْدَكَ زَيْدًا id.

419. Adverbium إِنَّ *certe, profecto,* et conjunctio أَنَّ *quod,* necnon conjunctiones, quae cum إِنَّ et أَنَّ compositae

---

*) Ubi unus accusativus semel positus est, etiam verbum addi potest, ubi vero duo accusativi per وَ conjuncti ponuntur vel unus accusativus repetitur, verbum nunquam additur.

sunt, ut لٰكِنَّ et وَلٰكِنَّ *sed, attamen,* كَأَنَّ *quasi*; et لِأَنَّ *propterea quod, quia, nam* (cf. § 378 et § 382), utpote quibus vis verbi *videre* insit (cf. Latinorum *en* et *ecce* in *en eum* et *ecce eum*), nomen, quod eas sequitur quodque ex nostra ratione, ut subjectum enuntiationis nominalis vel verbalis, in nominativo ponendum erat, in accusativo sibi subjungunt. Quanquam hoc non fit, nisi ubi inter إِنَّ et nomen, quod regit, aut nihil, aut praedicatum, quod adverbio loci, vel temporis, vel praepositione cum complemento suo continetur, et post إِنَّ insuper particula affirmativa لَ *profecto* accusativo nominis praefixa interposita est, ut إِنَّ ٱللّٰهَ عَلَى كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرٌ *profecto Deus omnipotens est* (pr. en, vide Deum, omnipotens est), إِنَّ ٱلْحَدَاثَةَ لَا تَدُومُ *profecto juventus non manet* (pr. en, vide juventutem, non manet) حُكِيَ أَنَّ مَلِكًا مِنْ مُلُوكِ ٱلْهِنْدِ كَانَ لَهُ زَوْجَةٌ *narratur, regem Indicum uxorem habuisse,* زَيْدٌ قَائِمٌ لٰكِنَّ مُحَمَّدًا جَالِسٌ *Zeidus stat, sed Muhammedes sedet* (pr. sed en Muhammedem, sedet), وَلٰكِنَّ ٱلْمُنَافِقِينَ لَا يَفْقَهُونَ *attamen hypocritae non intelligunt,* كَأَنَّ زَيْدًا أَسَدٌ *quasi Zeidus leo sit,* قِيلَ بِأَنَّ عِلْمَ مَا يَقَعُ عَلَى نَفْسِهِ فِي جَمِيعِ ٱلْأَحْوَالِ بِمَنْزِلَةِ ٱلطَّعَامِ *dictum est, scientiam eorum, quae unusquisque tenetur observare in omnibus statibus, esse ad instar cibi,* وَهٰذَا لِأَنَّ ٱلْعِلْمَ نُورٌ وَٱلْوُضُوءَ نُورٌ *et hoc* (fecit), *quia scientia lux est et lotio sacra lux est,* أَئِنَّكُمْ لَتَشْهَدُونَ أَنَّ مَعَ ٱللّٰهِ آلِهَةً أُخْرَى *num vos testamini, alios cum Deo deos esse?* إِنَّ بِالشِّعْبِ ٱلَّذِي دُونَ سَلْعٍ لَقَتِيلًا *profecto in illa valle, quae est sub rupe, occisus jacet,* إِنَّ فِي ذٰلِكَ لَعِبْرَةً *profecto hac in re est, a quo exemplum sumatur.*

Adnot. *a*. Particulae إِنَّ, كَأَنَّ et لٰكِنَّ, ubi iis مَا suffigitur (لٰكِنَّمَا, كَأَنَّمَا, إِنَّمَا) vim suam, utpote a مَا exceptam, in nomen sequens exserere nequeunt. Quare مَا vim particularum إِنَّ etc., quominus in nomina sequentia exseratur, impediens, مَا ٱلْكَافَّةُ, *Mâ prohibens*, appellatur.

Adnot. *b*. Adverbia لَيْتَ *utinam* atque عَلَّ et لَعَلَّ *forsitan*, quae et ipsa cum accusativo nominis sequentis construuntur, ut يَا لَيْتَ بَيْنِي وَبَيْنَكَ بُعْدَ ٱلْمَشْرِقَيْنِ *utinam inter me et te tantum intervallum esset, quantum inter orientem et occidentem*, وَمَا يُدْرِيكَ لَعَلَّ ٱلسَّاعَةَ قَرِيبٌ *et quid te certiorem facit, num forte resurrectionis hora prope absit?* ut § 380 Adnot. *b*. jam diximus, verba esse videntur; quod si verum est, suâ, non alius verbi omissi vi accusativus eas sequens regitur. — مَا iis suffixum vim eorum excipiendo, quominus eam in nomen sequens exserant, impedit. Post لَيْتَمَا tamen nomen etiam in accusativo poni potest.

420. Conjunctio وَ, ubi nomen, cui praefixa est, cum nomine eam antecedente non coordinate, sed subordinate atque ita, ut illud comitetur tantum, copulat, significatione praepositionis مَعَ *una cum* praedita, accusativum nominis regit, ut مَا شَأْنُكَ وَزَيْدًا et مَا لَكَ وَزَيْدًا *quid tibi est cum Zeido?* Vocatur hoc وَ وَاوُ ٱلْمُصَاحَبَةِ, *Wâw concomitantiae*, atque etiam, ut وَ subjunctivum regens*) (§ 398 5)) وَاوُ ٱلْمَعِيَّةِ et وَاوُ ٱلْجَمْعِ, *Wâw simultaneitatis*.

421. Persona vel res vocata apud Arabes ٱلْمُنَادَى, *is, id, qui, quod vocatur*, cui aliqua ex حُرُوفُ ٱلنِّدَآءِ vel ٱلْمُنَادَاةِ *particulis vocativis*, usitatissime part. يَا praemitti

*) Subjunctivus verbi enim accusativo nominis et potestate et forma prorsus respondet. Ut hic personam vel rem aliquam ab actione aliqua, ita ille actionem aliquam ab alia pendere, affici et regi indicat.

solet, semper sine articulo, modo in nominativo, qui in singulari nunationem abjicit, modo in accusativo ponitur. Illud fit, ubi vocanti vel revera praesens est, vel ab eo praesens fingitur et nil sibi adjectum habet, hoc ubi vel non versatur vocantis ob oculos, vel versatur quidem, sed aliquid, vel genitivum, vel complementum objectivum, vel praepositionem cum genitivo, vel denique additamentum determinativum sibi adjectum habet, ut يَا مُحَمَّدُ *o Muhammed!* يَا سَيِّدُ *o domine!* qui hic coram es, يَا رَجُلَانِ *o duo viri!* quos hic video, يَا نَبِيُّونَ *o Prophetae!* id., يَا عَبْدَ ٱللّٰهِ *o ʿAbd-allah!* يَا سَيِّدَ ٱلْوُحُوشِ *o domine ferarum!* يَا طَالِعًا ٱلْجَبَلَ *o montem ascendens!* يَا مُعْطِىَ كُلِّ خَيْرٍ *o omnibus bonis donate!* يَا رَفِيقًا بِٱلْعِبَادِ *o tu, qui clementer agis cum hominibus!* يَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ *o tu, qui melior es Zeido!* يَا حَسَنًا وَجْهُهُ *o pulcher facie!* Accusativi, quem a verbo omisso أَدْعُو *voco* pendere Arabes recte dicunt, caussa haec esse videtur, quod persona vel res vocata aeque ubi absens est, atque ubi aliquid additum habet, minori cum vi exclamatur et cum particula vocativa nexu minus arcto conjuncta est, quam ubi praesens est nihilque sibi adjunctum habet. Nunationis autem nominativi singularis omissi caussa in majori vehementia, qua nomen personae vel rei vocatae exclamatur, quaerenda esse videtur; scilicet nomen tanta vi pronuntiatur, ut terminatio ejus decurtetur; cf. imperativum verbi *).

Adnot. *a.* Nomen appellativum nomini proprio in appositione additum modo in nominativo, modo in accusativo ponitur, ut يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِىُّ et يَا مُحَمَّدُ ٱلنَّبِىَّ *o Muhammed, propheta!*

---

*) Eandem ob caussam ultima nominum propriorum pluriliterorum litera nec non ة nominum propriorum feminarum triliterorum post يَا interdum abjicitur, ut يَا مَرْوَ, يَا مَنْصُ, يَا هِبَ pro يَا مَرْوَانُ, يَا مَنْصُورُ, يَا هِبَةُ. Eodem modo يَا صَاحِ pro يَا صَاحِبِى dicitur.

Nomen appositum, ubi genitivus ei annectitur, necessario in nominativo ponendum est, ut يَا إِبْرَاهِيمُ خَلِيلُ ٱللّٰهِ *o Ibrahim, amice Dei!* Excipe nomen ٱبْنٌ *filius*, quod semper in accusativo ponitur. — Ubi nomina ٱبْنٌ et ٱبْنَةٌ inter duo nomina propria collocantur, Elif unionis, a quo incipiunt, abjicitur (cf. § 21 2)) et nomen proprium, quod ea praecedit, modo in nominativo, modo in accusativo ponitur, ut يَا زَيْدُ بْنَ عَمْرٍو et يَا زَيْدَ بْنَ عَمْرٍو. Ubi vero non collocantur inter duo nomina propria, Elif unionis servatur et nomen, quod ea praecedit, in nominativo ponitur, ut يَا رَجُلُ ٱبْنَ زَيْدٍ *o vir, fili fratris mei!* يَا رَجُلُ ٱبْنَ أَخِى *o vir, fili Zeidi!* يَا زَيْدُ ٱبْنَ أَخِى *o Zeid, fili fratris mei!*

422. Vox negativa لَا, ubi ipsam personae aut rei existentiam tollit (apud Arabes لَا نَافِيَةُ ٱلْجِنْسِ, لَا *totum genus negans*), si nomen illius personae aut rei plane indeterminatum proxime sibi subjungit, vim verbi negandi accipit totumque sententiae pondus in se trahit, ita autem illud nomen in accusativum deprimit atque insuper, quatenus licet, decurtat. Non decurtat accusativos dualis et pluralis sani masculini: لَا إِلٰهَيْنِ *non sunt duo dii*, لَا مُسْلِمِينَ فِى ٱلدَّارِ *non sunt ulli Moslemi in domo*; sed accusativos singularis, pluralium fractorum et pluralis sani feminini nunatione privat: لَا إِلٰهَ إِلَّا ٱللّٰهُ *non est ullus deus nisi Deus*, لَا رِجَالَ هُنَا *non sunt ulli viri hoc loco*, لَا مُسْلِمَاتِ عِنْدَكَ *non sunt ullae mulieres moslemicae apud te.* Quodsi ad hunc accusativum talia, qualia § 421 ad accusativum vocandi, accedunt, quae eum aliquatenus determinant firmioremque reddunt, nunatio redit: لَا خَيْرًا مِنْ زَيْدٍ عِنْدَنَا, *non est quisquam Zeido melior apud nos.* Accedente adjectivo substantivum decurtatum manet, illud autem vel hujus formam sequitur, vel nunationem recipit, vel, vi vocis لَا sublata, in nominativum nunatum redit. Si cum accusativo decurtato aliud nomen per conjunctionem copulatur, posterius vel prioris formam sequitur,

vel in nominativum nunatum redit; si vero hoc ita fit, ut لَا iteruter, et accusativum decurtatum bis ponere, et alterutram formam alteri et praeponere et postponere licet.

423. Alterum accusativi genus, accusativus adverbialis sensu s t r i c t i o r e (§ 405 2)), pendet 1) a notione e x i s t e n d i, vel *a*) expressâ et quidem *α*) per verbum ei exprimendae proprium, verbum كَانَ, *β*) per alia verba, quibus vis verbi كَانَ inest, vel *b*) non expressâ, sed subintelligendâ tantum, eamque determinat atque restringit.

424. Verbum كَانَ *esse, existere*, ubi vice copulae logicae fungitur, attributum, ad quod τὸ esse, existere subjecti refertur, in accusativo assumit, ut كُونُوا هُودًا أَوْ نَصَارَى *estote Judaei vel Christiani* (ex origine: existirt als —), إِنْ كَانَ ٱلْبَلَآءُ مُقَدَّرًا يُصِيبُهُ لَا مَحَالَةَ *si calamitas ei decreta est* (als eine beschlossene existirt), *ei necessario accidet*, مَنْ أَرَادَ أَنْ يَكُونَ ٱبْنُهُ عَالِمًا يَنْبَغِى أَنْ يُرَاعِىَ ٱلْفُقَرَآءَ مِنَ ٱلْفُقَهَآءِ *quicunque vult, ut filius suus doctus fiat* (sein Sohn existire als ein Gelehrter), *eum egenorum Doctorum curam habere oportet.* Ubi vero verbo كَانَ solum subjectum adjungitur, cui ipsa existendi notio, quam كَانَ habet, attribuitur, hoc subjectum, ut quodque aliud, in nominativo collocatur, ut كَانَ تَاجِرٌ وَكَانَ لَهُ بَنُونَ ثَلَاثَةٌ *e r a t, v i v e b a t* (aliquando) *mercator, cui tres filii e r a n t* (كَانَ تَاجِرًا esset: *ille homo erat mercator*), فَمَنْ كَانَ لَهُ مَالٌ كَثِيرٌ فَنِعْمَ ٱلْمَالُ ٱلصَّالِحُ لِلرَّجُلِ ٱلصَّالِحِ *cui autem s u n t opes, euge opes frugi viro frugi!* Arabes illud كَانَ vocant نَاقِصَةٌ *incompletum, relativum,* quod, ut compleatur, attributi indiget, hoc تَامَّةٌ *completum, absolutum,* quod attributi externi non indiget, quum attributum suum in se ipso habeat.

425. Verbum abstractum كَانَ in accusativo attributi

assumendo sequuntur nonnulla verba, quae partim 1) notionem similem habent, ut وُجِدَ *inventus est, exstitit,* صَارَ *factus est, evasit,* partim 2) praeter nudam exsistendi aut fiendi notionem aliam exprimunt circumstantialiter et adverbialiter ad illam accedentem, et quidem vel *a)* notionem d u r a t i o n i s et c o n t i n u i t a t i s, ut دَامَ *duravit,* مَا زَالَ, لَمْ يَزَلْ et لَا يَزَالُ *non desiit, desinet, desinit esse, continuo fuit, erit, est,* vel *b)* r e p e t i t i o n i s, ut عَادَ, آضَ *iterum fecit* aut *factus est,* vel *c)* t e m p o r i s, q u o vel p e r q u o d aliquid exsistit, est, fit, vel aliquis alicubi versatur vel aliquid facit, ut أَمْسَى *vesperi,* أَصْبَحَ *mane,* أَسْفَرَ *diluculo,* أَضْحَى *tempore antemeridiano medio,* ظَلَّ *per totum diem,* بَاتَ *per totam noctem fuit* aliquid, *fuit, versatus* est aliquis alicubi, *fecit* aliquis aliquid — quibus in verbis temporis notio saepenumero ita extenuatur et obscuratur, ut nihil aliud, quam verba كَانَ et صَارَ significare videantur — vel denique *d)* notionem n e g a n d i, qua ipsa exsistendi notio negatur, ut لَيْسَ *non fuit,* ut لَا يُوجَدُ مِنْهَا شَيْءٌ صِرْفًا *non reperitur, exsistit ex iis aliquid, quod purum sit,* وَكَانَ يَرَى ٱلْمَآءَ يَصِيرُ بُخَارًا وَٱلْبُخَارَ يَصِيرُ مَآءً *et vidit aquam in vapores converti iterumque vapores converti in aquam,* فَصَارَ عِنْدَهُ ٱلْجَسَدُ كُلُّهُ خَسِيسًا *evasit apud eum totum corpus vile,* i. e. *visum ei est, totum corpus vile esse,* فَصَارَ فِي عِلْمِ ٱلْحَدِيثِ مُقَدَّمًا عَلَى جَمِيعِ أَئِمَّةِ ٱلْحَدِيثِ *hinc in scientia traditionis superior evasit omnibus doctoribus traditionis,* لَا تَعُدَّ نَفْسَكَ مِنَ ٱلنَّاسِ مَا دَامَ ٱلْغَضَبُ غَالِبًا عَلَيْكَ *ne annumera te ipsum hominibus, quamdiu ira te obruit,* أَوْصَانِي بِٱلصَّلٰوةِ وَٱلزَّكٰوةِ مَا دُمْتُ حَيًّا *injunxit mihi officia orationis et quadragesimae sacrae praestare quamdiu in vita essem,* لَا تَزَالُ طَآئِفَةٌ مِنْ أُمَّتِي ظَاهِرِينَ عَلَى ٱلْحَقِّ

إِلَى يَوْمِ ٱلْقِيٰمَةِ *non desinet esse usque ad diem resurrectionis pars populi mei, quae aperte verum teneat,* تَمَنَّيْتَ أَنْ تُمْسِيَ فَقِيهًا مُنَاظِرًا *cupis evadere doctor disputandi peritus,* أَصْبَحْتُمْ بِنِعْمَةِ ٱللّٰهِ إِخْوَانًا *fratres vos esse invenistis misericordia Dei,* لَيْسَ مَطْلُوبِي شَيْئًا بِهٰذِهِ ٱلصِّفَةِ *non est id quod quaero res talis,* ٱلتَّخَيُّلُ لَيْسَ شَيْئًا إِلَّا إِحْضَارَ ٱلْمَحْسُوسَاتِ بَعْدَ غَيْبِهَا *imaginatio nihil aliud est quam repraesentatio formarum rerum sensu perceptarum, postquam res ipsae remotae sunt,* لَيْسَ شَيْءٌ أَزْيَدَ لِلْحِفْظِ مِنْ قِرَآءَةِ ٱلْقُرْآنِ نَظَرًا *nihil est, quod magis augeat memoriam, quam lectio Qorâni ocularis.* Ista verba omnia, quum naturam et constructionem verbi كَانَ habeant, appellantur أَخَوَاتُ كَانَ, *sorores verbi* كَانَ.

Adnot. Particulae negativae مَا et لَا, ubi in enuntiationibus nominalibus vicem verbi لَيْسَ explent, ut hoc verbum cum accusativo attributi construuntur, si attributum post subjectum ponitur, deinde si nec particula excipiendi إِلَّا inter subjectum et attributum intercedit, nec إِنْ corroborativum ad مَا accedit, tandem si subjectum post لَا positum nomen appellativum indeterminatum est, ut مَا هٰذَا بَشَرًا *hicce non est homo,* لَا رَجُلٌ حَاضِرًا *nemo praesens est.* Arabes, hoc ubi fit, مَا et لَا positas esse dicunt بِمَعْنَى لَيْسَ. In reliquis attributum nominativum retinet.

426. A notione exsistendi non expressâ accusativus adverbialis pendet post numeralia cardinalia ab 11—99, post nomina numerativa indefinita كَمْ et كَأَيِّنْ sive كَأَيٍّ *quot?* et post nomina mensurarum positus, ut وَذٰلِكَ فِي ٱلْمُدَّةِ ٱلَّتِي حَدَّدْنَا مُنْتَهَاهَا بِأَحَدٍ وَعِشْرِينَ عَامًا *idque* (factum est) *eo temporis spatio, cujus terminum uno et viginti annis*

definivimus, دَخَلَ حَسَنُ بْنُ زِيَادٍ فِى ٱلتَّفَقُّهِ وَهُوَ ٱبْنُ ثَمَانِينَ سَنَةً *Hasan Ibn-Sijâd annos natus octoginta ad scientiam clericalem accessit*, كَمْ دِرْهَمًا أَخَذْتَ *quot drachmas accepisti?* (pr. quot exemplaria nummi, quae drachma est, accepisti?) كَأَيِّنْ رَجُلًا قُتِلُوا *quot viri occisi sunt?* رُطْلَانِ زَيْتًا *duae librae olei* (pr. رُطْلَانِ كَآئِنَتَانِ زَيْتًا *duae librae, quae oleum sunt*, ذِرَاعَانِ جُوخًا *duo cubiti panni lanei.*

427. Accusativus adverbialis 2) a quacunque notione verbali pendet, vel subjectum, vel verbum, vel attributum, vel totam enuntiationem varie determinans atque restringens. Fungitur, hoc ubi fit, vice vel praepositionis cum genitivo, vel enuntiationis conjunctivae, magnumque, quo lingua Arabica laborat, defectum adverbiorum abunde supplet.

428. Denotantur accusativo adverbiali:

1) tempus, quo vel per quod actio fit, ut فَرَآهُ ٱلْخَلِيفَةُ يَوْمًا يَتَوَضَّأُ رِجْلَيْهِ *Halîfa aliquo die eum pedes lavantem conspexit*, لَا يَدْرِى كَيْفَ يَمُوتُ يَوْمَ ٱلْهَلَاكِ *nescit, quomodo moriturus sit die interitus*, لَمْ أَدْرِ أَلْأَمْسَ جَآءَ إِلَى هَاهُنَا أَمِ ٱلْيَوْمَ *nescio, herine huc venerit, an hodie*, سَكَنَ فِى بَعْضِ ٱلْقُرَى أَيَّامًا *habitavit in aliquo oppidulo per aliquot dies*, اِسْتَعِذْ بِٱللَّهِ مِنْهُ لَيْلًا وَنَهَارًا *roga Deum noctu et interdiu, ut ab eo te defendat*, سَيُعْطِيكَ ٱلْكِتَابَ غَدًا *cras librum tibi dabit*, تَأَمَّلْ شَهْرَيْنِ فِى ٱخْتِيَارِ ٱلْأُسْتَاذِ *perpende duos menses electionem magistri*, لَمْ يَبِتْ عَلَى ٱلْفِرَاشِ أَرْبَعِينَ سَنَةً *non pernoctavit in strato per quadraginta annos*, قَتَلْتُهُ ٱلسَّنَةَ ٱلْمَاضِيَةَ *occidi eum anno praeterito*, قَالَ

لَقِيَهُ حِينَ *dixit ei, quum* (tempore, quo) *in eo incidisset,* قَامَ فِي خِلَالِ ٱلدَّرْسِ أَحْيَانًا *inter docendum nonnunquam surrexit,* وَكُنْتُ بُرْهَةً مِنَ ٱلزَّمَانِ أَتَفَكَّرُ *meditabarque per tempus satis longum.*

2) extensio localis actionis et locus, quo actio fit; quamquam posterior ibi tantum, ubi vage et indifinite denotatur, ut سَارُوا أَرْبَعَةَ أَمْيَالٍ *quatuor milliaria profecti sunt,* نَظَرَ يَمِينًا وَيَسَارًا *circumspexit dextrorsum et sinistrorsum,* إِنْتَصَرَ عَلَى ٱلْعَدُوِّ بَرًّا وَبَحْرًا *hostem terrâ marique vicit,* أَمَامَ *ante,* وَرَآءَ, خَلْفَ *a tergo, pone,* وَسْطَ *in media parte,* فَوْقَ *super,* تَحْتَ *sub* etc.

Adnot. *a.* Ubi locus actionis definite indicatur, فِي cum gen. ponitur, ut صَلَّيْتُ فِي مَسْجِدِ ٱلنَّبِيِّ *oravi in templo prophetae,* أَقَمْتُ فِي مَقْتَلِ حُسَيْنٍ *commoratus sum in loco, ubi Hosain occisus est,* non صَلَّيْتُ مَسْجِدَ ٱلنَّبِيِّ, أَقَمْتُ مَقْتَلَ حُسَيْنٍ. — Excipe tamen nomina locum, in quo quis commoratur, significantia, ubi verb., quod determinant, et ipsum verbum commorandi est, ut قَعَدْتُ مَقَامَهُ *consedi in ejus loco.* Ubi vero haec nomina verbo subjunguntur a significatione sua alieno, praepositio فِي adhibenda est, ut أَكَلْتُ فِي مَكَانِهِ *edi in ejus loco.* — Nomina جَانِبٌ, جِهَةٌ, وَجْهٌ *latus,* خَارِجٌ *pars externa,* دَاخِلٌ et جَوْفٌ *pars interna* et ipsa, ubi actionem determinant, non in accusativo poni, sed cum فِي conjungi debent, ut أَكَلْتُ فِي جَانِبِ ٱلدَّارِ *edi in latere domus, juxta domum,* نِمْتُ فِي خَارِجِ ٱلدَّارِ *dormivi extra domum,* non أَكَلْتُ جَانِبَ ٱلدَّارِ et نِمْتُ خَارِجَ ٱلدَّارِ.

Adnot. *b.* Accusativi locum et tempus actionis indicantes ab

Arabibus ظَرْفٌ, *vas*, et مَفْعُولٌ فِيهِ, *id* (tempus, locus), *in quo fit actio* appellantur.

3) **status et conditio**, in quibus versatur vel subjectum actionis, dum eam peragit, vel ejus objectum, dum in id peragitur, vel denique locus vel tempus, in quo fit, dum in eo fit, ut أُدْخُلُوا ٱلْبَابَ سُجَّدًا *intrate per portam adorantes*, ٱلَّذِينَ يَذْكُرُونَ ٱللَّهَ قِيَامًا وَقُعُودًا *qui Dei recordantur inter standum et sedendum* (stantes et sedentes), مَنْ يَعْصِ ٱللَّهَ وَرَسُولَهُ يُدْخِلْهُ نَارًا خَالِدًا فِيهَا *quicunque rebellis erit contra Deum ejusque prophetam, eum* (Deus) *in ignem conjiciet in aeternum in eo mansurum*, لَقِيتُ ٱلسُّلْطَانَ بَاكِيًا عِنْدَهُ *inveni Sultanum flentem apud eum*, كُنْتُ فِي ٱلْبُسْتَانِ زَاهِرًا *in horto fui, dum florebat.*

4) **ratio et modus**, quibus actio fit, ut مَنْ يَتَبَدَّلِ ٱلْكُفْرَ بِٱلْإِيمَانِ فَقَدْ ضَلَّ سَوَآءَ ٱلسَّبِيلِ *qui infidelitatem pro fide assumsit, is a recta via aberravit*, بِئْسَمَا ٱشْتَرَوْا بِهِ أَنْفُسَهُمْ أَنْ يَكْفُرُونَ بِمَا أَنْزَلَ ٱللَّهُ بَغْيًا *male animas suas hoc vendiderunt pretio, ut ipsis liceret in id injuste non credere, quod Deus revelavit.*

5) actionis **caussa et consilium**, ut مَاتَ جُوعًا *mortuus est fame*, تَصَبَّبَ زَيْدٌ عَرَقًا *Zeidus sudore manavit*, ضَرَبْتُهُ تَعْذِيبًا لَهُ *verberavi eum, ut eum corrigerem*, إِذَا رَأَيْتُهُ أَقُومُ لَهُ تَعْظِيمًا لِأُسْتَاذِي *quoties eum conspicio in honorem magistri mei ei assurgo*, وَمِنَ ٱلنَّاسِ مَنْ يَشْرِي نَفْسَهُ ٱبْتِغَآءَ مَرْضَاةِ ٱللَّهِ *inter homines aliqui sunt, qui vitam suam effundunt, ut gratiam Dei sibi acquirant.*

6) **aliae attributi determinationes et restrictiones**,

ut ٱللَّهُ عَظِيمٌ قُدْرَةً *Deus magnus est potentiâ*, وَهِىَ كَٱلْحِجَارَةِ أَوْ أَشَدُّ قَسْوَةً *et sunt* (illorum corda) *ut lapides, imo eos duritie antecellunt*, طَابَ ٱلْوَرْدُ لَوْنًا *rosa colore jucunda est;* quod accusativi adverbialis genus a grammaticis Arabicis تَمْيِيزٌ, *determinatio*, appellatur.

7) actio per nomen verbi expressa, quacum alia in tempore finito posita comparatur; qui accusativus adverbialis vel per كَ et nomen verbi in genitivo posito, vel per كَمَا et tempus finitum verbi resolvi potest, ut قَتَلُوهُ قَتْلَ ٱبْنِهِ أَخَاهُمْ عَمْرًا *occiderunt eum, quemadmodum filius ejus fratrem ipsorum 'Amrum occiderat* (قَتْلَ = كَقَتْلِ vel كَمَا قَتَلَ), عَذَّبَ زَيْدًا تَعْذِيبَهُ إِسْمَعِيلُ أَبُو زَيْدٍ *torsit Zeidum, quemadmodum Ismaîl, pater Zeidi, ipsum torserat*, لَوْ يُعَجِّلُ ٱللَّهُ لِلنَّاسِ ٱلشَّرَّ ٱسْتِعْجَالَهُمْ بِٱلْخَيْرِ *si Deus hominibus malum acceleraret, ut bonum sibi accelerari cupiunt.*

429. Ubi enuntiationi alicui ad ejus vel subjectum vel objectum determinandum integra enuntiatio ex subjecto et praedicato composita (enuntiatio nominalis) adjicitur, praedicatum tantum, subjecto, ut, enuntiationem esse adverbialem et pendere ab enuntiatione antecedente, indicetur, praemissum, in accusativo, subjectum in nominativo ponitur, ut وَلَّى تِمُرْلَنْكُ مَكْسُورًا أَوَائِلُهُ وَمَذْعُورًا أَوَاخِرُهُ *Timurlenc agmine primo caeso, extremo perturbato tergum vertit*, هُوَ ٱلَّذِى أَنْشَأَ جَنَّاتٍ مَعْرُوشَاتٍ وَغَيْرَ مَعْرُوشَاتٍ وَٱلنَّخْلَ وَٱلزَّرْعَ مُخْتَلِفًا أُكُلُهُ *ille est, qui produxit hortos umbraculorum formam habentes et tales, qui eam non habent, itemque palmas et segetes variarum frugum* (مُخْتَلِفًا أُكُلُهُ est = كَائِنًا أُكُلُهُ مُخْتَلِفًا), سَأَغْسِلُ عَنِّى ٱلْعَارَ بِٱلسَّيْفِ جَالِبًا عَلَىَّ قَضَآءُ ٱللَّهِ مَا كَانَ جَالِبًا *abstergam a me oppro-*

brium ense, quodcunque (malum) *decretum Dei in me inferet* (pr. inferente in me decreto Dei quodcunque inferet); وَإِنْ جَلَبَ عَلَيَّ قَضَآءُ ٱللّٰهِ est pro جَالِبًا عَلَيَّ قَضَآءُ ٱللّٰهِ.

b. De praepositionibus.

430. Praepositiones ex origine ad unam omnes rationes locales indicant, deinde ad rationes temporales, postremo ad omnis generis ideales, ad imaginem rationum localium, quibus respondent, cogitatas, transferuntur.

431. Dividuntur praepositiones in 1. simplices et 2. compositas; illae rursus in 1) eas, quae motum ex vel a loco procedentem, 2) eas, quae motum versus vel ad locum tendentem et 3) eas, quae quietem in loco exprimunt.

432. Praepositiones motum ex vel a loco procedentem denotantes duae sunt: 1) مِنْ, quae praepositioni latinae *ex* et 2) عَنْ *a latere,* quae Latinorum *ab* respondet.

433. مِنْ denotat

1) exitum ex loco, ut خَرَجَ مِنْ مَكَّةَ *Meccâ egressus est;* hinc omnia verba, quae notionem discedendi et sese vel alium removendi ab aliqua persona vel re continent, ut verba liberandi, servandi, fugiendi, abhorrendi, prohibendi et similia, cum مِنْ construuntur, ut هُوَ ٱلْحِصْنُ يُنْجِى مِنْ جَمِيعِ ٱلشَّدَآئِدِ *haec* (scientia) *est arx, quae ab omnibus calamitatibus liberat,* أَعُوذُ بِٱللّٰهِ مِنَ ٱلطَّمَعِ *confugio ad Deum a concupiscentia* (precor Deum, ut ab ea me defendat), اَلدُّنْيَا تَمْنَعُ مِنَ ٱلْخَيْرِ *mundus a bono arcet;*

2) rem a certo temporis puncto inchoari, ut عَبَدَ ٱللّٰهَ مِنْ شَبَابِهِ *Deum inde ab dolescentia coluit,* وَقْتُ ٱلتَّعَلُّمِ مِنَ ٱلْمَهْدِ إِلَى ٱللَّحْدِ *tempus discendi ab incunabulis usque ad sepulchrum est;*

Adnot. Arabes مِنْ exitum ex loco et rem a certo temporis puncto inchoari denotantem لِلِٱبْتِدَآءِ, ad locum, ex quo motus

procedit, vel temporis punctum, a quo actio incipit, indicandum, adhibitam esse dicunt.

3) origo et caussa rei, ut إِتَّفَقَ سَبْعُونَ نَبِيًّا عَلَى أَنَّ ٱلنِّسْيَانَ مِنْ كَثْرَةِ ٱلْبَلْغَمِ وَكَثْرَةَ ٱلْبَلْغَمِ مِنْ كَثْرَةِ شُرْبِ ٱلْمَآءِ وَكَثْرَةَ شُرْبِ ٱلْمَآءِ مِنْ كَثْرَةِ ٱلْأَكْلِ *consenserunt septuaginta prophetae in eo, quod oblivio ex nimio phlegmate et nimium phlegma ex nimio aquae potu et nimius aquae potus ex nimio esu oritur*, فَوَقَّفَ يَتَعَجَّبُ مِنْهَا *tum admiratione affectus ab ea stetit*, مِنْ تَعْظِيمِ ٱلْعِلْمِ تَعْظِيمُ ٱلشُّرَكَآءِ وَمَنْ يُتَعَلَّمُ مِنْهُ *honoris scientiae habendi pars est honos sociis et ei, a quo discitur* (von dem die Belehrung ausgeht), *habendus*, ذَلِكَ مِنْ نَبَإٍ جَآءَنِي *hoc* (factum est) *e nuntio* (propter nuntium), *qui mihi perlatus est*, مِمَّا خَطِيَّاتِهِمْ أُغْرِقُوا *propter ipsorum peccata demersi sunt*, ubi particula مَا cum praepositione مِنْ in unam vocem conjuncta mere expletiva est et, quominus illa genitivum regat, non impedit;

Adnot. *a.* مِنْ caussam denotans ab Arabibus لِلتَّعْلِيلِ, *caussae rei indicandae ergo*, posita dicitur.

Adnot. *b.* Pro simplici مِنْ saepe et, ubi de personis agitur, semper مِنْ أَجْلِ *e caussa*, *propter* ponitur, ut فَعَارٌ ثُمَّ عَارٌ ثُمَّ عَارٌ شَقَآءُ ٱلْمَرْءِ مِنْ أَجْلِ ٱلطَّعَامِ *ter quaterque turpis est miseria hominis propter cibum.*

4) distantiam a loco, re, persona, ut post vocabula propinquitatis notionem habentia, ut قَرُبَ, دَنَا *prope, propinquus fuit*, قَرِيبٌ *prope* etc., ut قَرُبَ ٱلْجَيْشُ مِنْهُمْ *prope ab iis fuit exercitus*, دَنَا مِنِّي *prope a me fuit* (دَنَا إِلَيَّ est *prope ad me accessit*), يَنْبَغِي لِطَالِبِ ٱلْعِلْمِ أَنْ لَا يَجْلِسَ قَرِيبًا مِنَ ٱلْأُسْتَاذِ *scientiae studiosum*

non decet nimis prope a magistro sedere; item in locutionibus دَخَلَ et خَرَجَ مِنَ ٱلْبَابِ ***intravit, egressus est per portam*** (pr. a porta);

5) discrimen, quod inter duas personas vel res inter se comparatas intercedit, ut أَيْنَ أَنْتَ مِنْ نُوحٍ وَطُولِ عُمْرِهِ ***ubi es tu a Noacho*** (quantum a Noacho distas, quanto inferior es Noacho) ***et longitudini vitae ejus?*** hinc frequentissimus ejus post comparativum usus, ut هُوَ أَفْضَلُ مِنِّي ***ille praestantior est, quam ego;***

Adnot. ¡Ubi persona vel res diverso respectu cum se ipsa confertur, quocunque in casu posita sit, suffixum personae vel rei praepositioni مِنْ affigitur, aeque ac si personae vel res diversae conferrentur, ut هُمْ لِلْكُفْرِ أَقْرَبُ مِنْهُمْ لِلْإِيمَانِ *illi ad infidelitatem propiores sunt quam ad fidem* (pr. quam iidem ipsi sunt, se ipsis), أَنَا مِنْكُمْ عَلَى ٱلْعَرَبِ أَخْوَفُ مِنِّي مِنَ ٱلْعَرَبِ عَلَيْكُمْ *ego a vobis Arabibus plus timeo, quam ab Arabibus vobis*, وَإِنَّهَا لَوْ كَانَتْ حَرَكَتُهَا عَلَى غَيْرِ شَكْلِ ٱلْكُرَّةِ لَكَانَتْ لَا مَحَالَةَ فِي بَعْضِ ٱلْأَوْقَاتِ أَقْرَبَ إِلَى بَصْرِهِ مِنْهَا فِي وَقْتٍ آخَرَ *si enim motus earum* (stellarum) *alius esset quam orbicularis, necessario aliquando essent propiores ipsius aspectui quam aliis temporibus.* — Interdum negligentiori loquendi ratione respectuum, quibus duae personae vel res cum se ipsis conferuntur, posterior, non persona vel res ipsa, quae his respectibus cum se ipsa confertur, cum praepositione مِنْ construitur, ut صَارَ يُقَاتِلُهُمْ بِٱلْعَصَا أَقْوَى مِنَ ٱلسِّلَاحِ *oppugnabat eos fusti fortius quam armis*, عَلَى أَنَّ ٱلظُّلْمَ مِنْكُمْ أَقْبَحُ مِنْ غَيْرِكُمْ *quia injuria a vobis profecta turpior est quam ab aliis illata.*

6) rationem, quae inter partem et totum, speciem et genus, materiem et rem ex ea confectam intercedit, ut عِلْمُ ٱلطِّبِّ سَبَبٌ مِنَ ٱلْأَسْبَابِ ***scientia medicinae est species quaestus***, وَمِنْ تَعْظِيمِ ٱلْعِلْمِ تَعْظِيمُ ٱلْكِتَابِ ***et honoris scientiae tribuendi pars est honos libro tribu-***

endus; اَلْإِنْسَانُ مُرَكَّبٌ مِنْ نَفْسٍ وَجَسَدٍ *homo ex anima et corpore compositus est,* وَرَأَى أَنَّ ٱلْحَيْوَانَ وَٱلنَّبَاتِ لَا تَلْتَئِمُ حَقَائِقُهَا إِلَّا مِنْ مَعَانٍ كَثِيرَةٍ *vidit autem quod ad animalia et plantas, eorum essentiam nonnisi ex pluribus notionibus constare,* فَصَعُبَ عَلَيْهِ لِعَدَمِ ٱلْآلَاتِ وَلِأَنَّهَا لَمْ تَكُنْ إِلَّا مِنَ ٱلْحِجَارَةِ وَٱلْقَصَبِ *difficile autem erat ei prae inopia instrumentorum et quod ipsi supperterent nisi ex lapidibus cannisque confecta,* خَلَقَكُمُ ٱللّٰهُ مِنْ نَفْسٍ وَاحِدَةٍ *Deus vos ex una anima creavit;*

Adnot *a.* Praepositio مِنْ plurali definito praemissa saepe numerum personarum vel rerum incertum *(aliquos, aliquot)* exprimit, ut مِنْهُمُ ٱلْمُؤْمِنُونَ *ex iis sunt* (aliqui), *qui credunt,* أَخَذَ مِنَ ٱلدَّنَانِيرِ *sumsit ex denariis* (denarios aliquot), قَدْ أَرَاكُمْ مِنْ آيَاتِهِ *jam vobis monstravit ex signis suis* (multa aut pauca).

Adnot *b.* Post particulas negativas nec non interrogativas sensu negativo positas مِنْ nomini indefinito praemissum ne ullum quidem denotat, ut مَا جَآءَنِي مِنْ رَجُلٍ *non venit ad me ullus vir,* مَا لَكُمْ مِنْ إِلَاهٍ غَيْرُهُ *non est vobis ullus Deus praeter eum,* مَا لَهُمْ مِنْ نَاصِرِينَ *non sunt iis ulli adjutores* (i. q. لَا نَاصِرِينَ لَهُمْ), لَا فِي ٱلدَّارِ مِنْ رَجُلٍ *non est in domo ullus vir,* هَلْ تَحُسُّ مِنْهُمْ مِنْ أَحَدٍ *percipisne ex iis ullum,* هَلْ لَنَا مِنَ ٱلْأَمْرِ مِنْ شَيْءٍ *estne nobis illius rei ulla pars.*

Adnot *c.* مِنْ, ubi portionem totius significat, ab Arabibus لِلتَّبْعِيضِ, *portionis totius indicandae caussa,* ubi partes, ex quibus totum compositum est, indicat, لِلتَّرْكِيبِ, *compositionis denotandae caussa,* posita dicitur.

7) determinationem vel explicationem totius, generalis per singulum, speciale, (singula, specialia), quod (quae) ex

singulis, specialibus est (sunt), quae totum vel generale efficiunt, ex quibus illud constat, ut وَكَذٰلِكَ يُفْتَرَضُ عِلْمُ أَحْوَالِ ٱلْقَلْبِ مِنَ ٱلتَّوَكُّلِ وَٱلْإِنَابَةِ وَٱلْخَشْيَةِ *et similiter praecipitur scientia statuum cordis, qui quidem sunt fiducia in Deum et resipiscentia et reverentia Dei*, فَتَصَفَّحَ جَمِيعَ ٱلْأَجْسَامِ ٱلَّتِى فِى عَالَمِ ٱلْكَوْنِ وَٱلْفَسَادِ مِنَ ٱلْحَيْوَانَاتِ وَٱلنَّبَاتِ وَٱلْمَعَادِنِ *deinde perlustravit omnia corpora, quae in hoc mundo generationi et corruptioni obnoxio sunt, veluti animalia, plantas, mineralia*, كُلٌّ مِنْ هَابِيلِ وَقَابِيلِ *uterque et Abel et Kain*, إِخْوَانُنَا هٰؤُلَآءِ مِنَ ٱلْأَنْصَارِ *hi nostri fratres, Adjutores*, لَا يَحْصُلُ مَقْصُودُهُمْ مِنَ ٱلْعِلْمِ *ea, quae in scientia petunt, non consequuntur*. In primis مِنْ ita ponitur post generale et vagum illud مَا *quod, quidquid*, quod cum genitivo conjungi nequit, ut مَا ذَهَبَ مِنَ ٱلْمَالِ *quod consumptum est*, sc. *pecunia* (pecunia consumpta), مَا تُنْفِقُوا مِنْ خَيْرٍ يُوَفَّ إِلَيْكُمْ *quidquid boni erogatis, vobis compensabitur.*

Adnot. Arabes مِنْ ita adhibitum لِلْبَيَانِ vel لِلتَّبْيِينِ, *explicandi caussa*, positum dicunt.

434. عَنْ motum, discessum, recessum a loco, a latere alicujus personae (cf. nostrum ſeitens) vel rei denotat, ut سَافِرْ عَنِ ٱلْبَلَدِ *proficiscere ab urbe*, حَتَّى لَا تَحْتَاجَ إِلَى تَرْكِهِ وَٱلْإِعْرَاضِ عَنْهُ *ne opus sit, te relinquere eum et recedere ab eo*. Hinc adhibetur *a)* post vv. fugiendi, devitandi, cavendi et abstinendi, defendendi, custodiendi et liberandi, prohibendi et impediendi, itemque post vv. pugnandi, pendendi et omnino faciendi aliquid pro aliquo, ut اَلْهَرْبُ عَنْ قَضَآءِ ٱللّٰهِ تَعَالَى غَيْرُ مُمْكِنٍ *ut decretum summi Dei effugiamus, fieri nequit*, تَنَحَّ عَنِ ٱلْقَبِيحِ *recede a turpi*,

مِنَ ٱلْوَرَعِ أَنْ يَحْتَرِزَ عَنِ ٱلشِّبَعِ *ad abstinentiam pertinet, ut satietatem devitet,* يَنْبَغِى أَنْ يَجْتَنِبَ عَمَّا يَضُرُّهُ *oportet eum, se avertere ab iis, quae ei nocent,* وَيَنْبَغِى أَنْ يَصْبِرَ عَمَّا تُرِيدُهُ نَفْسُهُ *oportet eum, constanter abstinere ab iis, quae expetit animus ipsius,* يَصُونُهُ ٱللّٰهُ عَنِ ٱلْبَلَايَا *Deus eum a calamitatibus defendet,* تَبَرَّأْتُ عَنْ وَلَايَتِهِمْ *liber evasi a dominio in eos,* يَتَخَلَّصُ عَنْ عَذَابِ ٱلْآخِرَةِ *liberatur a poena vitae futurae,* اَلنَّهْىُ عَنِ ٱلْمُنْكَرِ *vetare turpia,* لَا تُجَادِلْ عَنِ ٱلَّذِينَ يَخْتَانُونَ أَنْفُسَهُمْ *ne disputa pro iis* (pr. ne ut disputando poenam ab iis removeas, stude), *qui se ipsos produnt,* لَا تَجْزِى نَفْسٌ عَنْ نَفْسٍ *non pendet, poenam luet anima pro anima* (ita ut poenam ab ea removeat, eam a poena liberet), أَعْمَلُهُ عَنْكَ *faciam illud pro te; b)* post vv. detegendi, aperiendi, annunciandi et indicandi, interrogandi et respondendi, utpote quibus notio velamen aliquem vel aliquid operiens removendi inest, ut لَوْ كُشِفَ عَنِّى سُتُورُ ٱلدُّنْيَا *si a me retegeretur velamen hujus mundi,* إِنْ كُنْتَ تَبْغِى شَاهِدًا يُخْبِرُ عَنْ غَائِبٍ *si testem quaeris, qui indicet latentia,* سَأُنْبِيكَ عَنْ مَجْمُوعِهَا *indicabo tibi cunctas,* هٰذَا سُؤَالٌ سُئِلَ عَنْهُ رَسُولُ ٱللّٰهِ فَأَجَابَ عَنْهُ *haec quaestio est, de qua legatus Dei interrogatus respondit;* huc pertinet etiam illud كَأَنَّهَا تَبْسِمُ عَنْ لُؤْلُؤٍ *ac si subrideret a margaritis,* i. e. si subridet est ac si detegeret margaritas; *c)* post verba missum faciendi, negligendi et satishabendi, ita ut tibi aliqua re carere possis, ea non indigeas, quibus verbis se avertendi (أَعْرَضَ) notio inest, ut يَنْبَغِى لِلْإِنْسَانِ أَنْ لَا يَغْفِلَ عَنْ نَفْسِهِ *oportet hominem, animum suum non negligere,* أَغْنِنِى بِحَلَالِكَ عَنْ حَرَامِكَ وَٱكْفِنِى بِفَضْلِكَ

عَنْ سِوَاكَ *fac, ut sufficiant mihi, quae per te licita sunt, ita ut non indigeam iis, quae a te vetita sunt, et suppedita mihi beneficentiâ tuâ, ita ut non indigeam alio quoquam praeter te,* لِي فِي طِلَابِ ٱلْعِلْمِ غِنًى عَنْ غِنَآءِ ٱلْغَانِيَاتِ *mihi quaerendâ scientiâ tantopere satis fit, ut carere possim puellarum cantu,* وَهُوَ غَنِيٌّ عَنْهَا *illud autem ipsis non indiget;* eadem notio inest in شَغَلَهُ ذٰلِكَ عَنِ ٱلْفِكْرَةِ فِي كُلِّ شَيْءٍ إِلَّا فِيهِ *illud eum ita occupavit, ut animum ejus ab omnibus aliis praeter ipsum cogitandis averteret,* بِي حَصَرٌ عَنْ ذِكْرِ كُلِّ ٱلْمَنَاقِبِ *non valeo omnia ornamenta commemorare* (pr. in me impotentia est a commemoratione), إِنِّي أَحْبَبْتُ حُبَّ ٱلْخَيْرِ عَنْ ذِكْرِ رَبِّي *tanto boni* (mundani) *amore flagravi, ut animum a memoria Domini mei plane averterim,* يَبْخُلُ عَنْ نَفْسِهِ *avarus est, ita ut omne (i) bonum (o) a se ipso (se ipsum) amoveat (privat),* zu seinem eigenen Schaden; *d)* post vv. superandi, post se relinquendi aliquem, aliquid, ut لَا أَفْضَلْتَ عَنِّي *non facies potiora quam ego;* huc pertinet فَضْلًا عَنْ *multo magis,* ut فَتَبَيَّنَ لَهُ فِي أَقَلِّ ٱلْأَشْيَآءِ ٱلْمَوْجُودَةِ فَضْلًا عَنْ أَكْثَرِهَا مِنْ آثَارِ ٱلْحِكْمَةِ مَا قَضَى مِنْهُ كُلَّ ٱلْعَجَبِ *et conspicua fuerunt ipsi etiam ex paucissimis eorum, quae existunt, multo magis ex pluribus, ea sapientiae vestigia, quibus summa admiratione affectus est,* nec non أَيْنَ أَنْتَ عَنِ ٱلْبَيْتِ ٱلنَّدْرِ *ubi es tu cum illo singulari versu comparatus* (si versus tui etc.). — Porro عَنْ fontem indicat, ex quo quid fluxit, ut in رَضِيَ عَنْهُ *contentus fuit ab eo* (gratum eum habuit) et لَا نَفْعَلُ هٰذَا عَنْ قَوْلِكَ *non faciemus hoc a voce tua,* i. e. tanquam aliquid, quod a voce tua fluxit (صَادِرًا عَنْ قَوْلِكَ), vocem tuam sequentes, aucto-

ritate tua permoti. Hinc denotat 1) eum, a quo sententia, narratio, traditio aliqua fluxit, profecta, accepta est, fontem, auctorem ejus, ut حُكِيَ عَنِ ٱلشَّافِعِيِّ *refertur, Schafeï dixisse*, وَكَانَ أُسْتَاذُنَا يَحْكِي عَنْ شَيْخٍ مِنَ ٱلْمَشَايِخِ *et narrabat magister noster acceptum a quodam seniore*, حَدِيثٌ صَحِيحٌ عَنْ رَسُولِ ٱللّٰهِ *traditio genuina est a legato Dei*, وَعَنِ ٱلنَّبِيِّ أَنَّهُ قَالَ *refertur, prophetam dixisse*; 2) caussam, ex qua effectus tanquam ex fonte suo fluxit, ut ٱللَّازِمُ عَنْهُ *id, quod necessario inde sequitur*, مَا هَلَكَ ٱمْرُءٌ عَنْ مَشْوَرَةٍ *non periit quisquam eo, quod alios in consilium adhibuit.* — Denique عَنْ de tempore etiam adhibetur, i. q. بَعْدَ *post* significans, ut وَإِنَّهُ يَسِيرٌ وَعَنْ قَرِيبٍ يَكُونُ كَثِيرًا *quamvis enim paucum est, brevi tamen multum fiet.*

Adnot *a.* عَنْ nonnunquam nomen indeclinabile est, *latus* significans; quae est primitiva ejus significatio. Hac ubi ponitur, a praepositione pendet, ut جِئْتَ مِنْ عَنْ يَمِينِهِ *venisti a latere dextrae ejus.*

Adnot *b.* Nota locutiones مَاتَ عَنْ ثَمَانِينَ سَنَةً *mortuus est, octoginta annos natus* (er starb von achtzig Jahren weg), et مَاتَ عَنْ وَلَدٍ صَغِيرٍ *mortuus est a filio parvulo*, i. e. filium parvulum relinquens (von einem kleinen Sohne weg).

Adnot *c.* عَنْ et مِنْ, utpote significationis cognatae, in quibusdam permixte adhibentur, ut post مَنَعَ *arcuit*, اِجْتَنَبَ *devitavit* et similia. Ita v. c. aeque بَرِيٌّ مِنْهَا ac بَرِيٌّ عَنْهَا *liber ab iis* legitur.

435. Praepositiones motum versus vel ad locum tendentem indicantes sunt: 1) إِلَى *ad* (zu), 2) حَتَّى *usque ad* (bis zu, an), 3) لِ *ad*, 4) نَحْوَ *versus.*

436. إِلَى, oppos. مِنْ et عَنْ, ut مِنَ ٱلْمَهْدِ إِلَى ٱللَّحْدِ *ab incunabulis usque ad sepulcrum*, إِلَيْكَ عَنِّي *confer te*

ad te a me, motum ad, versus locum denotat, ut جَآءَ إِلَى ٱلْمَدِينَةِ *venit ad urbem.* Deinde, ad tempus translatum, rem usque ad certum temporis punctum duraturam, indicat, ut لَا تَزَالُ طَآئِفَةٌ مِنْ أُمَّتِي ظَاهِرِينَ عَلَى ٱلْحَقِّ إِلَى يَوْمِ ٱلْقِيٰمَةِ *non desinet esse usque ad diem resurrectionis pars populi mei, quae aperte verum teneat;* paullo aliter إِلَى positum est in لَيَجْمَعَنَّكُمْ إِلَى يَوْمِ ٱلْقِيٰمَةِ *profecto colliget vos in* (hin zu dem, auf, für den) *diem resurrectionis.* Porro إِلَى rem ad aliam ut augmentum accedentem notat, unde fit, ut verbo زَادَ adjungatur, ut لَا تَأْكُلُوا أَمْوَالَهُمْ إِلَى أَمْوَالِكُمْ *nolite praeter vestras* (pr. zu euren) *etiam illorum opes comedere.* Porro adjectiva formae أَفْعَلُ a verbis amorem vel odium significantibus ducta, ubi sensu passivo adhibentur, subjectum per إِلَى sibi nectunt, ut jam supra § 417, Adnot *a.* dictum est. Idem fit post adjectiva aliarum formarum sensu passivo praeditarum ab iisdem verbis derivata, ut مَحْبُوبٌ, حَبِيبٌ *carus.* Item إِلَى post أَقْرَبُ *propior* ponitur, ut فَإِنَّهُ أَقْرَبُ إِلَى ٱلتَّعْظِيمِ *hoc enim propius accedit ad venerationem;* oppos. est أَبْعَدُ عَنْ *magis distans a.* Nota denique locutiones إِلَى غَيْرِ ذٰلِكَ et إِلَى آخِرِهِ (abbrev. الخ) *et cetera* (pr. et hujus generis alia, und noch Anderes dergleichen, usque ad finem rei), إِلَيْكَ *ad te* (confer te) et إِلَيْكَ عَنِّي *ad te* (confer te) *a me* (recedens), i. e. res tuas cura, me missum faciens, هٰذَا إِلَيْهِ sc. مُسَلَّمٌ sive مُفَوَّضٌ *hoc illi commissum est.*

427. Praepositio حَتَّى ab إِلَى eo differt, quod motum usque ad terminum, hoc vel tacto et incluso, vel intacto et excluso, denotat, إِلَى contra motum ad terminum, sive perveniatur usque ad eum, sive non perveniatur, significat, ut حَتَّى مَطْلَعِ ٱلْفَجْرِ *usque ad locum, ubi sol oritur.* Notionem in-

clusionis termini, ad quem usque motus venit, non necessario esse in حَتَّى, inde patet, quod haec particula etiam exceptioni inservit, ut nostrum bis auf.

Adnot *a*. Arabes إِلَى positum esse dicunt لِلْإِنْتِهَآءِ, ad *terminum actionis indicandum*, حَتَّى item لِلْإِنْتِهَآءِ et لِلْغَايَةِ *ad extremitatem denotandam*.

Adnot *b*. حَتَّى, ubi adverbium est, *adeo*, *etiam* significans, nullam in nomen, quod sequitur, vim exercet, ut جَآءَ ٱلْقَوْمُ حَتَّى ٱلْمُشَاةُ *venit populus, pedites adeo*, أَكَلْتُ ٱلسَّمَكَةَ حَتَّى رَأْسَهَا *comedi piscem, caput ejus adeo* (إِلَى رَأْسِهَا esset: *ad caput ejus usque, capite excluso*), وَكَانَ يُشَاوِرُ رَسُولُ ٱللَّهِ مَعَ أَصْحَابِهِ فِي جَمِيعِ ٱلْأُمُورِ حَتَّى حَوَآئِجِ ٱلْبَيْتِ *et in consilium adhibebat legatus Dei socios suos omnibus in negotiis, etiam in domesticis*. Arabes حَتَّى ita adhibitum لِلْعَطْفِ, *conjunctionis caussa*, positum dicunt.

438. لِ, cognatum cum إِلَى et ab eo ita differens, ut إِلَى plerumque locali et temporali sensu adhibeatur, لِ idealibus tantummodo rationibus exprimendis inserviat, actionis in objectum, remotius maxime, transitum exponit, varias ejus ad objecta remotiora relationes exprimit. Hinc omnium praepositionum simplicissima et post accusativum casum proxima, saepenumero hujus vicem tenet, plerumque vero dativo nostro respondet. Itaque praeter relationem actionis ad objectum propius (vid. § 412—17) denotat

1) simplicem ejus relationem ad objectum remotius, ut وَهَبَ لَهُ *dedit ei*, قَالَ لَهُ *dixit ei*;

2) dativum *a*) possessionis et proprietatis, ut اَلرَّجُلُ مَنْ لَهُ رَأْيٌ صَآئِبٌ *vir est, qui acri judicio praeditus est*, اَلْحَمْدُ لِلَّهِ *Laus Dei est*, إِنَّا لِلَّهِ *nos Dei sumus*; quo etiam لِ auctorem dicti, sententiae, carminis etc. (denjenigen, dem ein Spruch, Gedicht u. s. w. als Urheber, Ver=

fasser angehört) indicans pertinet, ut كَمَا قِيلَ لِمُحَمَّدِ بْنِ ٱلْحَسَنِ *quemadmodum dictum est a Muhammede ibn Hasan*, أَنْشَدَ لِبَعْضِهِمْ *recitavit* (versus) *ab aliquo eorum* (poetarum compositos), أُنْشِدتُ وَقِيلَ أَنَّهُ لِعَلِيٍّ *recitatum mihi est carmen, quod dicitur editum esse ab Ali*; *b*) licentiae, ut فَلَهُ ذَلِكَ *tum ei hoc licet*; *c*) commodi (oppos. عَلَى, quod incommodum significat), ut اَلْفِقْهُ مَعْرِفَةُ ٱلنَّفْسِ مَا لَهَا وَمَا عَلَيْهَا *doctrina est cognitio animi circa ea, quae sibi prosunt et nocent.*

Adnot *a.* Arabes لِ possessionem et proprietatem indicans لِلْمُلْكِ vel لِلِاخْتِصَاصِ, *ut, aliquem aliquid possidere* vel *alicui aliquid tanquam ei proprium, peculiare attribui, indicetur*, positum dicunt.

Adnot *b.* Arabes verbo habere carent, idque per لِ cum gen. nominis exprimunt, ut مَا لِي أَبٌ وَلَا ٱبْنٌ *neque patrem neque filium habeo.*

Adnot *c.* لِ saepe ad determinationem evitandam loco suffixi ponitur, ut مَاتَ لِي أَخٌ *unus ex fratribus meis mortuus est* (es ist mir ein Bruder gestorben), non مَاتَ أَخِي, quod esset: *frater meus* (unicus, quem habui) *mortuus est.*

Adnot *d.* Alicui ab aliquo pecuniam deberi per لِ cum gen. creditoris et عَلَى cum gen. debitoris exprimitur, ut لِي عَلَيْكَ أَلْفُ دِرْهَمٍ *mihi a te mille dirhemi debentur* (pr. mihi sunt super te, ich habe von dir zu fordern).

Adnot *e.* Nota formulas admirandi لِلَّهِ دَرُّهُ et لِلَّهِ دَرُّكَ مِنْ رَجُلٍ *qualis, quam praestans vir, res est, qualis vir es!* (pr. nonnisi a Deo esse, Deum auctorem habere potest vir, res tam praestans), et locutiones هَلْ لَكَ فِي كَذَا *placetne tibi hoc?* et هَلْ لَكُمْ فِي أَنْ تَفْعَلُوا هٰذَا *placetne vobis, hoc facere?* (pr. estne vobis desiderium, رَغْبَةٌ, in hac re facienda.)

3) finem, ad quem et caussam, ob quam actio fit (die Beziehung der Handlung auf ihren Zweck und Grund), ut

قَامَ لِمُعَاوَنَتِهِ *surrexit ad auxilium ei ferendum*, مَا ٱلْعِلْمُ إِلَّا لِلْعَمَلِ *non est scientia, nisi ut ea utamur* (zu dem Zweck, daß ꝛc.), طَلَبَ ٱلْجَاهَ لِلْأَمْرِ بِٱلْمَعْرُوفِ *dignitatem eo consilio consequi studuit, ut honesta juberet*, وَلِهٰذَا قِيلَ *eamque ob caussam dictum est*, لِأَنَّهُ يَضُرُّ *quia nocet.* Huc pertinet etiam عَجِبْتُ لِقَوْلِهِ *obstupui ad, ob ejus dictum* (pr. rücksichtlich, hinsichtlich seines Wortes, nos: auf sein Wort, bei seinem Worte);

Adnot. Arabes لِ caussam denotans لِلتَّعْلِيلِ vel لِلْعِلَّةِ, *caussae indicandae ergo*, positum dicunt.

4) normam, ad quam judicium fertur (das, in Hinsicht, Rücksicht worauf geurtheilt wird), ut اَلنِّيَّةُ هِيَ ٱلْأَصْلُ فِي جَمِيعِ ٱلْأَفْعَالِ لِقَولِهِ عم ٱلْأَعْمَالُ بِٱلنِّيَّاتِ *intentio est nervus in omnibus actionibus secundum vocem ejus, super quem sit salus: Opera continentur intentionibus;*

5) objectum loquendi, personam vel rem, de qua (in Bezug auf welche) sermo fit (usitatius persona vel res cum verbo loquendi per فِي nectitur, vid. § 440), ut وَلَا تَقُولُوا لِمَنْ يُقْتَلُ فِي سَبِيلِ ٱللّٰهِ أَمْوَاتٌ *neve eos* (pr. de iis, in Bezug auf diejenigen), *qui in defendenda caussa Dei occisi sunt, mortuos esse dicatis*, أَتَقُولُونَ لِلْحَقِّ أَسِحْرٌ هٰذَا *num de veritate dicitis, praestigiaene haec sunt?*

Adnot. Post interjectionem vocativam يَا *o! heus!* praepositio لِ saepenumero genitivo vel ejus personae, quae ad opem ferendam advocatur, vel ejus, contra quam auxilium imploratur, praefixa reperitur. Illi ubi praemissa est, loco Kèsrae Fètham accipit, ut ante suffixa (vid. § 372 Adnot *b.*); quamquam, ubi, duabus vel pluribus personis auxilio vocatis, ante secundae et reliquarum nomina sine يَا repetitur, vocalem sibi propriam servat, ut يَا لَزَيْدٍ *o, heus, Zeïd!* (adesto ad auxilium ferendum), يَا

لَلنَّاسِ لِلْكَاذِبِ *o homines, adeste ad auxilium ferendum contra mendacem!* يَا لَلْكُهُولِ وَلِلشُّبَّانِ *o senes et juvenes!* يَا لَقَوْمِي وَيَا لَأَمْثَالِ قَوْمِي *o familia mea! et o vos, qui familiae meae estis!* Ab Arabibus لِ ita abhibitum لِلاِسْتِغَاثَةِ, *opem implorandi caussa*, positum dicitur. Personam, quae ad opem ferendam vocatur, اَلْمُسْتَغَاثُ بِهِ, personam, contra quam auxilium imploratur, اَلْمُسْتَغَاثُ مِنْ أَجْلِهِ vocant. — Adhibetur يَا لَ et وَلِ — يَا لَ etiam ad admirationem exprimendam, لِلتَّعَجُّبِ, ut فَيَا لَلْخُسْرَانِ طَالِبِيهِ لِنَيْلِ ٱلْفَضْلِ مِنَ ٱلْعِبَادِ. *sed o damnum* (über den Schaden) *eorum, qui illam* (scientiam) *quaerunt ad consequenda beneficia ab hominibus!* لِ in his omnibus personam vel rem denotare videtur, cujus respectu exclamatur (in Bezug, in Rücksicht auf welche der Ausruf geschieht als auf seinen Gegenstand oder Grund).

439. نَحْوَ (pr. acc. nominis verbi نَحَا *contendit* ad aliquid) significat 1) versus (locum, regionem, tractum) 2) ut, sicut, ut وَكَذٰلِكَ فِي سَائِرِ ٱلْأَخْلَاقِ نَحْوَ ٱلْجُودِ وَٱلْبُخْلِ *et idem cadit in reliquos mores, ut in liberalitatem et avaritiam,* 3) secundum, ut نَحْوَ قَوْلِهِ *secundum dictum ejus.*

440. فِي *in*, quae praepositio, quomodo a بِ differat, § sequ. indicabitur, tam quietem in loco vel tempore, quam (Lat. *in* cum Acc. et Graec. εἰς respondens) motum in locum significat, ut فِي ٱلْبَيْتِ *in domo*, فِي تِلْكَ ٱلسَّنَةِ *in hoc anno*, وَقَعَ فِي ٱلْبِئْرِ *cecidit in puteum*, يُوقِعُهُ ٱللّٰهُ فِي ٱلرَّسَاتِيقِ *Deus eum in pagos conjiciet.* Deinde ad omnem rationem transfertur inter duas res intercedentem, quae sub imagine loci, in quo aliquid est aut fit aut versatur et in quem intrat aut infertur cogitari potest, ut فِي حَالِ ٱلتَّعَلُّمِ *in statu discendi*, يَنْبَغِي أَنْ يَمْتَثِلَ أَمْرَهُ فِي غَيْرِ مَعْصِيَةِ ٱللّٰهِ وَلَا طَاعَةَ ٱلْمَخْلُوقِ فِي مَعْصِيَةِ ٱلْخَالِقِ *oportet eum*

exsequi jussa ejus (magistri) *in iis, quae voluntati Dei non adversantur, non iis, quae, quum voluntati creaturae respondeant, voluntati creatoris adversantur* (bei Widerspänstigkeit gegen den Schöpfer), مَا فِيهِ مِنَ ٱلْخَيْرِ *bonum, quod in eo est,* دَخَلَ فِى ٱلتَّعَلُّمِ *ad scientiam discendam accessit,* يُدْخِلُهُمُ ٱللّٰهُ فِى رَحْمَتِهِ *Deus eos in misericordiam suam admittet.* — فِى interdum = مَعَ vel بَيْنَ est, ut تَوَجَّهَ فِى خَمْسِينَ أَلْفًا *profectus est cum* (pr. circumdatus, in Mitten von) *quinquaginta millibus,* مِنْ دُونِ ٱلْعِلْمِ عِزُّ ٱلْعُلَى فِى ٱلْمَوَاكِبِ *inferior scientiâ est splendor magnificus in comitatu principum conspicuus.* Porro de objecto cogitationis et orationis dicitur, utpote in quo cogitatio et oratio versatur, ut تَأَمَّلْ شَهْرَيْنِ فِى ٱخْتِيَارِ ٱلْأُسْتَاذِ *perpende duos menses electionem magistri,* يَنْبَغِى أَنْ يَتَفَكَّرَ فِى ذٰلِكَ *oportet eum, haec diligenter secum considerare,* تَكَلَّمَ فِى ذٰلِكَ *locutus est hac de re,* صَنَّفَ كِتَابًا فِى ٱلْأَخْلَاقِ *composuit librum de moribus,* فَصْلٌ فِى مَاهِيَّةِ ٱلْعِلْمِ *caput de essentia scientiae.* Porro فِى post verba concupiscendi, ut غَرِبَ et طَمِعَ cum re concupita construitur, ut مَنْ وَجَدَ لَذَّةَ ٱلْعِلْمِ وَٱلْعَمَلِ بِهِ فَلِمَا يَرْغَبُ فِيمَا عِنْدَ ٱلنَّاسِ *quicunque expertus est dulcedinem scientiae ejusque usus, quid tandem concupiscat, quae homines possident?* يَنْبَغِى أَنْ لَا يَطْمَعَ فِى أَمْوَالِ ٱلنَّاسِ *oportet eum non concupiscere opes hominum.* Porro فِى in comparationibus cum re nectitur, quacum altera comparatur, ut مَا ٱلْحَيٰوةُ ٱلدُّنْيَا فِى ٱلْآخِرَةِ إِلَّا مَتَاعٌ *haec vita cum altera collata non est nisi usufructus.**) Denique فِى proportioni (v. c. longitudinis et

*) Proprie: in das zukünftige Leben hineingesetzt. Metaphora desumta videtur de duabus rebus, alterâ majori, alterâ minori, quarum haec in illâ, ut cum ea comparetur, collocatur.

latitudinis) et multiplicationi exprimendae inservit, ut طُولُهُ خَمْسُونَ ذِرَاعًا فِى ٱثْنَىْ عَشَرَ ذِرَاعًا عَرْضًا *longitudo ejus est quinquaginta ulnarum ad* (frangocall. *sur*, germ. bei, auf) *duodecim ulnas latitudinis*, ثَلٰثَةٌ فِى خَمْسَةٍ *tres* (multiplicandi) *per quinque* (secundum locutionem ضَرَبَ عَدَدًا فِى عَدَدٍ *numerum per numerum multiplicavit*).

441. بِ eo a فِى differt, quod haec praepositio, eandem vim habens, quam lat. in, germ. *in*, aliquid media in re, undique ab ea, ejus partibus, cinctum, circumdatum esse, versari significat, illa, praepositionibus lat. *prope*, *juxta*, *apud*, *ad*, germ. bei, an respondens, aliquid alicui rei proxime imminere, eam, ejus superficiem tangere, ei inhaerere denotat, ut قَرْيَةٌ بِبَابِ ٱلْقَاهِرَةِ *vicus prope* (an) *portam El-Kâhirae*, مَرُّوا بِوَادٍ *praeterierunt prope vallem* (bei, an einem Thale) مَرَرْتُ بِرَجُلٍ *praeterii prope virum quendam*, جَلَسَ بِهِ *consedit ad eum* proxime, نَصَرَكُمُ ٱللّٰهُ بِبَدْرٍ *adjuvit vos Deus ad* (oppidum) *Bedr* (bei Bedr), كَانَ بِٱلْمَدِينَةِ تَاجِرٌ *erat Medinae mercator* (germ. zu M., angl. *at*, francog. *à*), قَرْيَةٌ بِمِصْرَ *oppidum cum Aegypto cohaerens* (zu Aegypten gehörig) وَبِيَدِهِ سَيْفٌ *et in manu ejus gladium erat* (an seiner Hand haftete ein Schwert); اِجْتَنِبْ دَارَنَا بِٱلنَّهَارِ *devita domum nostrum in luce* (bei, am Tage i. q. نَهَارًا tags, *interdiu*). Hinc fit, ut cum بِ conjungantur verba adhaerendi et jungendi, ut عَلِقَ, لَصِقَ, لَفَّ et similia, capiendi et incipiendi, ut أَخَذَ et بَدَأَ, ut بَدَأَ بِٱلسَّبَقِ *coepit studio vacare*, fugiendi, ut نَعُوذُ بِٱللّٰهِ مِنْ سَخَطِهِ *confugimus ad Deum ab ira ejus* (wir nehmen unsere Zuflucht bei Gott), credendi, ut آمَنْتُ بِٱللّٰهِ ٱلْوَاحِدِ *credo in unum Deum* (an Gott, fides objecto suo affixa est, adhaeret), jurandi per aliquem, aliquid, quia jurans mente prope rem, per quam jurat, versatur, cogitationem ei affixam habet, ut أَقْسَمْتُ بِٱللّٰهِ *juro per Deum*,

بِرَأْسِكَ *per caput tuum.* Huc referendum est etiam بِ post إِذَا *en* personam vel rem introducens de improviso aspectui se offerentem, ut بَيْنَا هُوَ يَسِيرُ وَإِذَا هُوَ بِرَهْجٍ *cum proficiscebatur, en pulvis ei apparuit,* وَإِذَا نَحْنُ بِغُلَامٍ مُقْبِلٍ *et en juvenis nobis obviam factus est,* إِذَا بِرَجُلٍ يُقَالُ لَهُ ٱلسَّيِّدُ بَرَكَةُ *en vir nomine Seid Beraca advenit;* pendet enim بِ a participio verbi أَحَسَّ *sensit,* quod cum بِ construitur subintelligendo (pr. en ille sentiens erat, sensit). Idem cadit in كَأَنَّ cum suff. et بِ, ut كَأَنِّي بِكَ تُخَادِعُنِي *videris me decipere velle* (pr. es ist mir, als bemerkte ich an dir, daß ꝛc.). — Deinde بِ rem secundariam cum primaria, quam comitatur, nectens, comitatum et conjunctionem indicat (cf. germ. bei et mit), ut سَارَ بِأَهْلِهِ *profectus est cum populo suo,* اِشْتَرَى ٱلْحِمَارَ بِلِجَامِهِ *emit asinum cum fune suo.* Cogitatur autem sub comitatus et conjunctionis imagine *a)* saepe ratio inter subjectum et praedicatum intercedens, id quod maxime in enunciationibus negativis fit, ut أَوَلَمْ يَرَوْا أَنَّ ٱللَّهَ بِقَادِرٍ أَنْ يُحْيِيَ ٱلْمَوْتَى *nonne intellexerunt, Deum* (satis) *potententem esse, ut mortuos resuscitet* (pr. daß Gott mit dem Prädikate mächtig verbunden ist), لَسْتُ بِعَالِمٍ *nescio,* لَسْتُ بِمَانِعٍ *non recuso,* مَا هُمْ بِمُؤْمِنِينَ *illi non sunt credentes; b)* ratio inter actionem et objectum intercedens et quidem *α)* maxime post verba intransitiva motum indicantia, ut أَتَى, جَآءَ *venit,* سَارَ, رَاحَ *profectus est,* ذَهَبَ *abiit,* قَامَ, نَهَضَ *surrexit,* سَمَا *elatus fuit* et alia, quae verba cum بِ rei, quam quis, se cum ea movens, movet, conjunguntur, ubi nos verbis transitivis utimur, ut فَأْتُوا بِسُورَةٍ مِنْ مِثْلِهِ *afferte Suram ei similem* (pr. venite cum), أَتَى بِهٰذَا ٱلْكَلَامِ *hanc orationem, hoc dictum attulit,* ذَهَبَ ٱللَّهُ بِنُورِهِمْ *Deus eorum*

lucem abstulit (pr. eum ea abiit), إِنَّ شَرَّ ٱلنَّاسِ مَنْ يَذْهَبُ بِدِينِهِ لِدِينِ غَيْرِهِ *pessimi hominum sunt, qui religionem suam propter aliorum religionem abjiciunt,* قَامَ بِٱلْحَقِّ *sustinuit veritatem,* نَهَضَ بِأَعْبَآءِ ٱلْمَمْلَكَةِ *sustinuit onera regni,* سَمَا بِهِ *effert eum; β)* haud raro vero etiam post verba transitiva et quidem non ea tantum, quae motum indicant, sed alia etiam; quod, ubi fit, haec verba absolute posita sunt, ut بَعَثَ إِلَيَّ بِهِمْ *misit* (actionem mittendi peregit) *cum iis* (eos) *ad me,* وَلَا مَحَالَةَ أَنَّ ٱلْإِغْتِذَآءَ بِهٰذِهِ ٱلنَّبَاتِ مِمَّا يَقْطَعُ بِهَا عَنْ كَمَالِهَا *fieri non potest, quin illas comedere impedimento ipsis sit, quominus perfectionem suam attingant* (abschneidet mit ihnen); *c)* ratio inter actionem et instrumentum, quo, et caussam, propter quam fit (cf. anglicum by et germ. mit), ut قَتَلَهُ بِٱلسَّيْفِ *occidit eum ense,* يَرْزُقُهُ ٱللّٰهُ ٱلصَّبْرَ بِبَرَكَةِ دُعَآئِهِ *Deus eum patientia donabit per salutarem vim vocationis ejus.* Huc refer etiam عُرِفَ *notus est* cum بِ cognominis et verbum impersonale كَفَى *sufficit, satis est* cum بِ pers. vel rei, qua satis habemus, ut حَسَنُ بْنُ عَلِيٍّ ٱلْمَعْرُوفُ بِٱلْمَرْغِينَانِيِّ *Ḥasan ibn Ali El-Margînâni dictus* (pr. notus cognomine, per cognomen El-M.), كَفَى بِٱللّٰهِ شَهِيدًا *sufficit Deus ut testis* (es ist genug an Gott als Zeugen), كَفَى بِلَذَّةِ ٱلْعِلْمِ دَاعِيًا وَبَاعِثًا لِلْعَاقِلِ *et sufficit dulcedo scientiae* (es ist Genüge durch, genug an), *quae advocet et alliciat mente praeditum.* Ad بِ instrumenti et caussae proxime accedit بِ pretii, quod post verba emendi, pendendi et similia ponitur, ut إِشْتَرَى قَلَمًا بِدِينَارٍ *emit sibi calamum denario* (cf. germ.: ich habe Dies mit einem Thaler gekauft, mit einem Groschen bekommen), إِشْتَرَوُا ٱلضَّلَالَةَ بِٱلْهُدَى *emerunt errorem pro veritate* (veritate ut pretio pro eo solutâ), لَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ بِمَا كَانُوا

يُكَذِّبُونَ *iis poena dolorifica est eo, quod mendacii arguerunt* (لِ = بِمَا).

Adnot *a.* Praepositio *sine* ab Arabibus per بِلَا et بِغَيْرِ exprimitur; quorum illud ponunt, ubi nomen indefinitum, hoc aeque ubi definitum, ac ubi indefinitum est, ut ٱلْأَوْقَاتُ تَمُرُّ بِلَا نَفْعٍ *tempus inutile* (sine utilitate) *praeterit*, بِغَيْرِ ضَرُورَةٍ *sine necessitate, non necessario.*

Adnot *b.* Nota locutiones بِأَبِي أَنْتَ وَأُمِّي *ut pater meus es et mater mea*, formula in luctu sollemnis (pr. cum patre meo tanquam praedicato tuo conjunctus es), et مَاتَ بَعْدَ ٱلنَّبِيِّ بِقَلِيلٍ وبِيَسِيرٍ *mortuus est paullo post prophetam* (pr. mit einem wenig, um ein wenig), قَدِمَ بَعْدَ ذَلِكَ بِأَيَّامٍ بِشَهْرَيْنِ وَأَيَّامٍ *advenit paullo post haec, mensibus duobus et nonnullis diebus interjectis.*

Adnot *c.* Arabes بِ adhaerentiam indicans لِلْإِلْصَاقِ, juramentum denotans لِلْقَسَمِ, comitatum significans لِلْمُصَاحَبَةِ et لِلْمُلَابَسَةِ, conjunctionem actionis cum objecto exprimens لِلتَّعْدِيَةِ, *ad verbum transitivum reddendum*, instrumentum et caussam indicans لِلْإِسْتِعَانَةِ et لِلتَّعْلِيلِ, pretium significans لِلثَّمَنِ positum esse dicunt.

441. مَعْ ,مَعَ *cum, una cum* societatem et conjunctionem indicat, ut سَارَ مَعِي *profectus est mecum*, شَاوَرَ مَعِي *me consuluit*, لَا يَصِحُّ ٱلزُّهْدُ مَعَ ٱلْجَهْلِ *sanctitas non potest salva esse, ubi est* (pr. conjuncta cum, germ. bei) *ignorantia*, مَعَ تَكْرَارِ مَا تَقَدَّمَ مِنْهُ *ita ut simul repetat quod eam rem praecesserit.* Hinc aliquem aliquid secum gerere et possidere notat, ut هَلْ مَعَكَ مِحْبَرَةٌ *gerisne tecum atramentarium?* مَا مَعِي دِينَارٌ وَلَا دِرْهَمٌ *neque aureus nummus neque argenteus apud me est* (habe ich bei mir, neque aurum neque argentum habeo). Nonnunquam *quo ac-*

cedit quod, praeterea (germ. außer, neben, wozu noch kommt, pr. zusammengenommen mit) significat, ut مَعَ كَوْنِهِ غَرِيبًا *quo accedit, quod peregrinus est.* Saepe *non obstante re* denotat, ut قُتِلَ مَعَ شَجَاعَتِهِ *occisus est non obstante ejus virtute* (germ. mit, bei aller seiner Tapferkeit), لَمْ يَكُنْ أَحَدٌ أَفْطَنُ مِنَ ٱلرَّسُولِ وَمَعَ ذَلِكَ أُمِرَ بِٱلْمُشَاوَرَةِ *nemo erat intelligentior Legato; nihilo minus* (bei alle dem) *consultatione uti jussus est,* عَجَزَ عَنْ هَدْمِ ٱلْأَهْرَامِ مَعَ أَنَّ ٱلْهَدْمَ أَسْهَلُ مِنَ ٱلْبِنَاءِ *non valuit pyramides destruere, licet facilius sit destruere, quam exstruere.* Denique مَعَ in comparatione adhibetur, idem significans, quod lat. *ad,* germ. neben, zusammengehalten mit, ut اَلْخَضِرُ مَعَهُ وَتَدٌ *El-Hadir* (Elias, Judaeus errans Muhammedanorum) *ad illum* (cum illo comparatus) *paxillus* (fixus et immobilis) *est* (de homine vagabundo et inconstanti).

443. عِنْدَ, pr. acc. adverbialis nominis عِنْدٌ *latus* (vid. § 373 et 375) a radice عَنَدَ *latus obvertit* ducti, *juxta, apud, ad, prope* significat, ut وَكَانَ يَضَعُ عِنْدَهُ دَفَاتِرَ *et juxta se codices memoriales ponebat,* وَيَنْبَغِي أَنْ لَا يَبْتَدِئَ ٱلْكَلَامَ عِنْدَهُ إِلَّا بِإِذْنِهِ *et oportet eum, sermonem coram eo nisi data venia incipere.* De tempore positum, aliquid alicui rei certo temporis momento factae eodem temporis puncto fiens se adjungere, simul cum ea fieri denotat, ut عِنْدَ ذَلِكَ *ad haec,* عِنْدَ مَا *dum, quum.* Porro عِنْدَ ut مَعَ possessionem indicat et comparationi inservit, ut مَا كَانَ عِنْدِي إِلَّا دِينَارٌ وَاحِدٌ *non fuit apud me nisi unus denarius* (non habebam, possidebam etc.), مَا عِنْدَ ٱلنَّاسِ *quae homines possident,* مُلُوكُ ٱلْأَرْضِ عِنْدَ ٱللّٰهِ تُرَابٌ *reges terrae cum Deo comparati* (pr. ad latus Dei, juxta Deum, ut cum eo comparentur, collocati) *pulvis sunt.* Denique عِنْدِي, عِنْدَهُ *apud, penes me, eum* idem est quod in mente

mea, ejus, i. e. ex sententia mea, ejus, puto, putat, mihi, illi videtur, ut ٱلصَّوَابُ عِنْدِى مَا فَعَلَهُ مَشَآئِخُنَا *verum mihi videtur* (pr. verum est apud, penes me) *quod fecerunt seniores nostri*, كَانَ عِنْدَهُ أَنَّ ٱلْقُرْآنَ مَخْلُوقٌ *sentiebat, Qorânum esse creatum*, عِنْدَكُمْ يَسْتَحِيلُ أَنْ يَفْعَلَهُ *ex sententia vestra fieri non potest, ut* (Deus) *illud faciat*.

444. Praepositio لَدُنْ, لَدَى, لَدَا, (cum suff. لَدَيْكَ, لَدَيْهِ, لَدَيْنَا ut إِلَيْكَ etc.) *penes, apud*, ut اِعْتَقَدَ أَنَّ ٱلنَّارَ أَفْضَلُ ٱلْأَشْيَآءِ ٱلَّتِى لَدَيْهِ *putavit ignem esse rem omnium, quae ipsi aderant, praestantissimam*, rarius obvia est.

445. بَيْنَ *inter*, ex origine acc. adverbialis est nominis بَيْنٌ id significantis, quod duas pluresve personas vel res aut conjungit, aut dirimit; qua re بَيْنَ aeque cum verbis dirimendi copulatur, ut جَمَعَ بَيْنَنَا *conjunxit nos*, pr. id quod antea nos separabat, فَرَّقَ بَيْنَنَا *diremit nos*, pr. id quod antea nos jungebat (er hat unser trennendes Verhältniß in ein bindendes, unser bindendes in ein trennendes verwandelt), أَلَّفَ ٱللّٰهُ بَيْنَ قُلُوبِكُمْ *Deus corda vestra* (id quod antea corda vestra separabat) *univit*. بَيْنَ, ubi vel uterque terminorum per id junctorum vel alteruter pronomen suffixum est, ante posteriorem cum copula وَ repetitur, ubi vero uterque est nomen substantivum, priori tantum praemittitur, ut بَيْنِى وَبَيْنَهُ *inter me et illum*, بَيْنَكُمْ وَبَيْنَ أَخِيكُمْ *inter vos et fratrem vestrum*, بَيْنَ زَيْدٍ وَعَمْرٍو *inter Zeid et 'Amr*. Pro بَيْنَ saepe plenius فِيمَا بَيْنَ *in eo quod est inter* et مَا بَيْنَ *quod est inter* dicitur. Hoc مَا بَيْنَ atque etiam simplex بَيْنَ saepe duas, in quas totum aliquod divisum est, partes significat, ubi latine sive — sive, tam — quam, partim — partim ponitur, ut مَا بَيْنَ مَعْرُوفٍ وَمَجْهُولٍ *sive noti, sive haud noti*, جَآءَنِى مَا بَيْنَ فَقِيرٍ وَغَنِيٍّ *venerunt*

ad me tam pauperes, quam divites, اَلْقَوْمُ بَيْنَ قَتِيلٍ وَأَسِيرٍ *populus partim occisus, partim captus* est. In talibus مَا بَيْنَ *et* بَيْنَ *est* فَاعِلٌ, *agens*, atque id significat, quod utrumque ut partes totius alicujus conjungit. Ubi totum spatium inter duo loca vel temporis puncta interjacens indicandum est, posteriori إِلَى praeponi solet, ut بَيْنَ بَصْرَةَ إِلَى مَكَّةَ *Basram inter et Meccam* (pr. quod inter Basram usque ad Meccam est). Nota locutionem بَيْنَ يَدَىْ فُلَانٍ *inter manus alicujus* i. e. proxime coram aliquo.

Adnot. Ex بَيْنَ adverbia temporis conjunctiva بَيْنَمَا et بَيْنَا *interea dum* formantur, quae, utpote adverbia, nullam in enunciationem sequentem vim exercent, ut بَيْنَا نَحْنُ نَرْقُبُهُ *dum nos eum exspectamus*, بَيْنَا زَيْدٌ مَضْرُوبٌ *dum Zeid verberatur*, quamquam بَيْنَا, ubi pro بَيْنَ positum est, id quod nonnunquam fit, genitivum regit.

446. عَلَى *super* ponitur

1) originali suo sensu locali, ut فَأَقْبَلَتْ تَحُومُ عَلَى حَائِطٍ *et coepit volitare super murum*, وَجَدَ إِنْسَانًا عَلَى ٱلطَّرِيقِ *invenit hominem in via*, نَظَرَ عَلَى ٱلْحَائِطِ صُورَةَ رَجُلٍ *conspexit in pariete figuram hominis pictam;* qui sensus obtinet etiam in جَلَسَ عَلَى ٱلْمَائِدَةِ *consedit ad mensam* (qui ad mensam sedet, super eam eminet), وَقَفَ عَلَى ٱلنَّهْرِ *stetit ad fluvium*, لَمَّا وَفَّقَنِى ٱللّٰهُ ٱلْوُقُوفَ عَلَى مَصَادِرِهَا *postquam Deus me adjuvit, ut animum in eorum fontes* (ad eos cognoscendos) *possem intendere*, فِى وَقْتِ شَهْوَتِهِ فِى وُقُوفٍ عَلَى خَصَائِصِ أَعْضَاءِ ٱلْحَيْوَانِ *tempore, quo partes animalium indagare studebat*, طَلَعَ et طَالَعَ عَلَى شَىْءٍ *consideravit rem*, إِطَّلَعَ عَلَى شَىْءٍ *penetravit intimum negotii*, قَرَأَ عَلَيْهِ et *legit* discipulus librum *coram eo*, i. e. eo magistro (er studirte unter ihm, pr. super eum stans vel sedens) et *legit* magi-

ster librum *coram eo*, discipulo, تَلَا ٱلرِّسَالَةَ عَلَيْهِمْ *praelegit iis epistolam*, بَدَأَ بِكِتَابِ ٱلصَّلٰوةِ عَلَى مُحَمَّدٍ *legere incepit librum de precibus coram Muhammede*, i. e. Muhammede magistro, سَمِعْتُهُ عَلَى مُحَمَّدٍ *audivi Muhammedem illum librum legentem*; nec non in أُغْمِيَ عَلَيْهِ, غُشِيَ عَلَيْهِ et مَغْشِيٌّ عَلَيْهِ *animi deliquium passus fuit, animi deliquium passus* (pr. tectum fuit super eum, tenebrae eum texerunt); item in ٱلسَّلَامُ عَلَيْكُمْ *pax sit* (requiescat) *super vos*, رَحْمَةُ ٱللّٰهِ عَلَيْهِ *misericordia Dei sit super eum*;

2) de motu hostili et in universum ubi lat. *contra* ponitur, ut خَرَجَ عَلَيْهِ *exiit* (cum exercitu) *contra eum*, يَنْبَغِي أَنْ يَصْبِرَ عَلَى ٱلْمِحَنِ *patienter eum perferre oportet aerumnas* (pr. patientem eum esse oportet contra aerumnas), كَيْلَا يَكُونَ عَقْلُهُ وَعِلْمُهُ حُجَّةً عَلَيْهِ *ne intelligentia et scientia ipsius argumento sit contra ipsum*, اَلْفِقْهُ مَعْرِفَةُ ٱلنَّفْسِ مَا لَهَا وَمَا عَلَيْهَا *doctrina cognitio animae est circa ea, quae sibi prosunt et nocent* (pro ea et contra ea sunt); cf. § 438, 2. Hinc verbis irascendi et irritandi, ut غَضِبَ, سَخِطَ *iratus est*, أَغْرَى *instigavit* subjungitur, ut لَمْ يُكَلِّمْهُ سَاخِطًا عَلَيْهِ *eum non allocutus est prae indignatione* (ei irascens, auf ihn zürnend), أَغْرَى ٱلْكَلْبَ عَلَيْهِ *canem in eum instigavit* (أَغْرَى ٱلْكَلْبَ بِهِ esset: *fecit ut canis ei inhaereret*). Idem significatus obtinet in هٰذَا صَعْبٌ أَوْ عَسِيرٌ عَلَيَّ *hoc mihi difficile est* (pr. contra me, mihi facere id aggredienti, conanti, magnopere resistens) et in locutionibus contrariis هٰذَا سَهْلٌ أَوْ يَسِيرٌ أَوْ هَيِّنٌ عَلَيَّ *hoc mihi facile est* (mihi haud magnopere resistit), necnon in هٰذَا خَفِيٌّ عَلَيَّ *hoc me latet* (pr. contra me, ita, ut illud mihi quasi aggredienti, attrectanti, tentanti oppositum sit) et in contrario

هٰذَا جَلِيٌّ عَلَيَّ *hoc mihi clarum est* (ubi germ. für mich ponitur). Post verba instigandi, incitandi, exhortandi عَلَى saepe non motum hostilem contra rem, sed motum ad eam, ut eam facias, aut ea potiaris, significat, ut اَلْحَثُّ عَلَى ٱلْفِعْلِ *instigatio ad actionem*, خَاطَبُوهُ مُحَرِّضِينَ إِيَّاهُ عَلَى تَصْنِيفِ كِتَابٍ *allocuti sunt eum instigantes eum ad librum componendum.* Huc pertinet etiam حَمَلَ عَلَى *impulit* (pr. portavit) *ad*, ut هَمُّ ٱلْآخِرَةِ يَحْمِلُ ٱلْإِنْسَانَ عَلَى ٱلْخَيْرِ *cura vitae futurae hominem ad bonum impellit*, يَعْتَرِيهِ مِنَ ٱلطَّرَبِ مَا يَحْمِلُهُ عَلَى ٱلْبَوْحِ بِهَا مُجْمَلَةً *accidit ei exultationis id, quod eum adigat ad ipsum summatim exprimendum.* Item حَرَصَ *cupidus fuit*, حِرْصٌ *cupiditas*, حَرِيصٌ *cupidus* cum عَلَى rei construuntur, cujus cupidi sumus (cf. nostrum versessen, erpicht auf). دَخَلَ عَلَى فُلَانٍ *introiit super aliquem*, ubi is, ad quem intras, intus versatur, ita ut eum invenias, dicitur; دَخَلَ إِلَى فُلَانٍ est *domum alicujus intravit.*

3) de onere, debito, officio alicui imposito, incumbenti, ut طَلَبُ ٱلْعِلْمِ فَرِيضَةٌ عَلَى كُلِّ مُسْلِمٍ *studium scientiae praeceptum est unicuique Moslimo*, عَلَيْكَ أَنْ تَفْعَلَ هٰذَا *debes hoc facere* (pr. super te est, tibi incumbit hoc facere), عَلَيْكَ أَنْ تَتَحَرَّزَ عَنِ ٱلْغِيبَةِ *cavere debes a clandestinis obtrectationibus*, هٰذَا عَلَيَّ *hoc debeo*, لِي عَلَيْكَ دِينَارَانِ *mihi a te duo denarii debentur*, هٰذَا لِي عَلَيْهِ *hoc mihi debet*; cf. § 438, 2 Adnot *d.*

4) de praestantia et excellentia (eminentia) personae vel rei supra aliam, prae eâ, ut فَضْلُ آدَمَ عَلَى ٱلْمَلَائِكَةِ *praestantia Adami supra angelos*, يَسْتَحِبُّونَ ٱلْحَيٰوةَ ٱلدُّنْيَا عَلَى ٱلْآخِرَةِ *amant vitam praesentem magis quam futuram* (ihre Liebe zu diesem Leben geht über, übertrifft ihre Liebe zu jenem), آثَرَهُ عَلَى غَيْرِهِ et اِخْتَارَهُ *ele-*

git eum prae alio (ihn über den andern setzend), لَا يَتَوَلَّى هٰذَا ٱلْأَمْرَ عَلَيْكَ أَحَدٌ *nemo hoc imperium administrabit super te*, i. e. غَالِبًا عَلَيْكَ *te superans*, te ei posthabito.

5) de statu, in quo quis, quoad religionem, quaestum, valetudinem, fortunam, ingenii dotes et similia versatur (der Boden, auf dem Jemand in Bezug auf u. s. w. steht), ut ٱلنَّاسُ عَلَى دِينِ مُلُوكِهِمْ *homines religionem regum suorum sequuntur* (pr. sunt super religione, stehen auf dem Grund und Boden der Religion), قَالَتِ ٱلْيَهُودُ لَيْسَتِ ٱلنَّصَارَى عَلَى شَيْءٍ *Judaei dicunt: non nituntur Christiani ulla re* (nihil veri est in religione Christiana, pr. die Christen stehen auf Nichts), لَمْ يَجِدْ أَمْرًا عَلَى خِلَافِ مَا كَانَ يَعْتَقِدُهُ *nihil contrarium illi invenit, quod crediderat* (pr. eo in statu, ut esset contrarium), سَوَآءٌ كَانَتْ عَلَى صُورَةِ ٱلْإِنْسَانِ أَمْ لَمْ تَكُنْ *sive sint* (ista bruta) *figurâ hominis praedita, sive non sint;*

6) de caussa, qua quis, aliquid agens, ut fundamento actionis suae nititur (das, worauf gestützt, auf Grund wovon Jemand Etwas thut), ut جَآءَ عَلَى أَنَّهُ مَلِكٌ *venit, eo nitens, quod rex esset*, أَتَى بَابَ ٱلْمَلِكِ عَلَى أَنَّهُ أُخْتُهُ *venit ad portam regis, nitens eo, quod soror ipsius esset* (vel etiam *quasi soror ipsius esset*, simulans se sororem ipsius esse), لَا أَسْأَلُكُمْ عَلَيْهِ مَالًا *non rogabo vos propterea* (بِنَآءً vel مُعْتَمِدًا عَلَيْهِ gestützt darauf) *pecuniam;* maxime in locutione frequenti بِنَآءً عَلَى أَنْ *aedificando in id, quod, eo fundamento nitens, quod;*

7) de conditione, qua quid fit (auf Grund welcher Etwas geschieht), ut أَجَابَهُ إِلَى ذٰلِكَ عَلَى أَنْ يَمُدُّوهُ بِٱلسِّلَاحِ *annuit iis hac in re, eâ conditione, ut sibi arma suppeditarent*, صَالَحَهُ عَلَى أَلْفِ دِرْهَمٍ *pacem ei dedit eâ*

conditione, ut mille drachmas solveret (pr. auf tausend Drachmen);

8) ubi aliquid esse vel fieri dicitur non obstante alia re, quae quominus sit vel fiat, impedire possit, ut أُعَذِّبُكَ عَلَى كِبَرِ سِنِّكَ *puniam te, licet aetate maxime provectus sis* (auf deinem, in dem Zustande deines hohen Alters), اَلْخَيْلُ تَجْرِى عَلَى مَسَاوِيهَا *equi currunt non obstantibus ipsorum vitiis* (darauf, in dem Zustande, daß sie Fehler haben);

9) normam, secundum quam quid fit, ut عَلَى قَدْرِ أَهْلِ ٱلْعَزْمِ تَـأْتِي ٱلْعَـزَآئِمُ *pro modulo conantium prodeunt conamina*, عَلَى مَا رَأَيْتُ فِي ٱلْكُتُبِ *secundum id, quod vidi in libris*, عَلَى مَا حَكَاهُ *secundum id, quod narravit*, عَلَى نِسْبَةٍ مَحْفُوظَةٍ *secundum justam proportionem*;

10) ut lat. *super* et germ. über de objecto sermonis, de re, de qua vel circa quam sermo fit (welche die Unterlage der Rede bildet), ut قَالَ عَلَى ذَلِكَ *dixit hac de re*;

Adnot. Nota locutiones عَلَيْهِ , عَلَى يَـدِهِ , عَلَى يَدَيْهِ *ope, ministerio ejus, per eum* necnon locutionem huc item pertinentem قَالَـهُ عَلَى لِسَانِ رَسُولِـهِ *dixit illud per prophetam suum* (per linguam pr. s.). De locutione عَلَيْكَ زَيْدًا jam supra § 418 Adnot. dictum est.

446. دُونَ, pr. acc. nominis verbi دَانَ *inferior fuit*, quod cum verbis دَنَا 1) *inferior, vilior fuit*, 2) *appropinquavit* et دَنَأَ *vilior, sequior fuit* cognatum est, et مِـنْ دُونَ*), quod saepe pro دُونَ ponitur, *infra* significant. Indicant

1) personam vel rem infra locum versari vel actionem infra eum fieri (*infra*), ut اِلْتَقَوْا دُونَ صَنْعَآءَ *signa contulerunt infra Sanáam*;

---

*) مِنْ in مِنْ دُونَ vim partitivam habet; cf. § 433 Adnot.

2) personam vel rem ad aliam, altiorem maxime, prope accedere (*prope a*, *propter*; pr. personam vel rem infra aliam consistere, ad eam non pertingere, cf. significationem posteriorem verbi دَنَا), ut قَامَ دُونَ ٱلْبَكْرَةِ *stetit propter juvencam*, أُدْنُ دُونَكَ *appropinque prope a te* i. e. *accede propius ad me*, دُونَكَ زَيْدًا *cape Zeidum prope te stantem* (cf. § 418 Adnot.);

3) spatium aliquod ad certum usque spatium non pertinere, numerum aliquem certum numerum non complere (*infra*, *minus quam*), ut وَبَيْنَهُمَا دُونَ رَمْيَةِ حَجَرٍ *interque eos erat infra lapidis jactum* i. e. minus quam lapidis jactus;

4) rem aliâ inferiorem, viliorem esse, eam non aequare, ut مِنْ دُونِ ٱلْعِلْمِ عِزُّ ٱلْعُلَى فِي ٱلْمَوَاكِبِ *inferior scientiâ est splendor magnificus in comitatu principum conspicuus*;

5) personam vel rem qualitate aliqua, quam alia persona vel res possidet, non praeditam, sed contrariâ instructam esse (pr. personam vel rem ad id spatii punctum, in quo qualitas aliqua posita cogitatur, non pertingere), ut مِنْهُمُ ٱلصَّالِحُونَ وَمِنْهُمْ دُونَ ذَٰلِكَ *ex iis alii probi sunt*, *alii infra hoc* i. e. non, secus, contrarium, improbi; quo significatu دُونَ synonymum est cum غَيْرُ;

6) personam vel rem aliquam *a)* excludi, excipi, missam fieri, *b)* posthaberi (*praeter*, *prae*; pr. actionem ad personam vel rem aliquam non ut ad alias personas vel res vel minus quam ad eas pertingere), ut يَدْعُو مِنْ دُونِ ٱللّٰهِ مَا لَا يَضُرُّهُ وَمَا لَا يَنْفَعُهُ *invocat Deo excepto (praeter Deum) quod ei neque nocere neque prodesse potest*, مَا لَكُمْ مِنْ دُونِ ٱللّٰهِ وَلِيٍّ وَلَا نَصِيرٍ *non est vobis praeter Deum ullus patronus vel adjutor*, دُونَ أَنْ *praeterquam quod*, *nisi quod*; يَنْبَغِي أَنْ يَخْتَارَ ٱلْعَتِيقَ دُونَ ٱلْمُحْدَثَاتِ *oportet eum antiquum prae* (vor) *novis*

eligere, novis praeferre, وَإِنْ كَانَ فِيهِ ٱخْتِلَافٌ يَسِيرٌ ٱخْتَصَّ بِهِ نَوْعٌ دُونَ نَوْعٍ *licet ipsi inest discrimen aliquod, quod uni magis speciei quam alteri proprium est*, وَأَمَّكُمْ دُونَ ٱلْأَنَامِ طُرًّا *petivit vos prae ceteris hominibus omnibus* (vos iis praeferens); huc item دُونَ pertinet per *sine* vertendum, ut لَيْسَ ٱكْتِسَابُ ٱلْمَالِ دُونَ مَشَقَّةٍ *non acquiruntur opes sine molestia* (ita ut qui eas acquirere vult eo usque non pergat, ut molestiam perferat, infra molestiam consistat), دُونَ ذَا يَنْفُقُ ٱلْحِمَارُ *vel sine hoc asinus venum ibit*;

Adnot. دُونَكَ, دُونَكُمْ *prae te, vobis* eundem, quem أَمَامَكَ, أَمَامَكُمْ *ante te, vos* sensum habet: cave tibi, cavete vobis; cf. § 418, 2, *b*, *β*.

7) aliquid prae aliqua re positum esse aut *a*) ut obstaculum, quod impedit, quominus aliquis ad eam perveniat, eam assequatur, aut *b*) ut praesidium, quod eam defendit, ut إِنَّ ٱمْرَءَ ٱلْقَيْسِ جَرَى إِلَى مَدًى وَٱعْتَاقَهُ حِمَامُهُ دُونَ ٱلْمَدَى *Imrulkais ad metam cucurrit, at mors eum impedivit prae meta* (posita, quominus eam assequeretur), دُونَ ذٰلِكَ خَرْطُ ٱلْقَتَادِ *prae hoc* (ante quam huc pervenias) *decorticanda est Katâd* (arbor densissima et spinosissima), i. e. multa et gravia obstacula vincenda sunt; لَيْسَ دُونَهُمْ حِجَابٌ *non est prae iis velum* (praesidium eos defendens), مِجَنِّي دُونَ مَنْ كُنْتُ أَتَّقِي *clypeus meus* (praesidium meum) *contra eos, quos timebam.* Hinc verba claudendi portam et similia itemque verba pugnandi pro aliquo cum دُونَ conjunguntur, ut قَاتَلَ دُونَهُمْ *pugnavit pro iis*; cf. § 434 *a*). Synonymum est دُونَ hoc significatu cum أَمَامَ.

Adnot. دُونَ etiam *cis* denotat oppositum وَرَآءَ *trans*, ut دُونَ جَيْحُونَ *cis Oxum*, وَرَآءَ جَيْحُونَ *trans Oxum.*

448. مُنْذُ, non, ut nonnulli perhibent, ex مِنْ et إِذْ

(cf. حِينَئِذٍ *tum*, pr. zur Zeit des Dann), sed, ut vocalis Damma poscit *), ex مِنْ et ذُو, quae vocula in dialecto Themimitica vim pronominis demonstrativi *hic* habet, compositum, et, quod ex مُنْذُ decurtatum est, مُذْ (ante Waslam مُذُ et مُذِ, cf. § 20) *ex quo tempore, inde a* (seit, pr. von dem, dem Zeitpunkte, an, daß) nominativum aeque ac genitivum, hunc maxime, ubi temporis spatium nondum prorsus praeterlapsum exprimunt, sibi subjungunt, ut مَا رَأَيْتُهُ مُنْذُ يَوْمِ ٱلْجُمْعَةِ *non vidi eum inde a die Veneris* (pr. terminus a quo est d. V.), مَا رَأَيْتُهُ مُذْ عَامٌ أَوَّلُ *non vidi eum inde ab anno superiore* (pr. ex quo est annus superior); أَنَا أَعْلَمُ أَنَّهُ جَائِعٌ مُنْذُ خَمْسَةِ أَيَّامٍ *ego scio, eum abhinc quinque dies esurire* (von dem Zeitpunkte von fünf Tagen an), مَا كَلَّمْتُهُ مُذْ شَهْرُنَا هٰذَا *non locutus sum cum eo inde ab hoc mense nostro* (inde ab initio mensis praesentis).

Adnot. Arabes campestres مِنْ pro مُنْذُ ponunt, ut مِنْ سَنَةٍ = مُنْذُ سَنَةٍ; cf. Qoranicum أُسِّسَ عَلَى ٱلتَّقْوَى مِنْ أَوَّلِ يَوْمٍ *fundamentum jactum est super timore Dei inde a primo die.*

449. Praepositio كَ *sicut* comparationi inservit. Est proprie substantivum (ex origine pronomen demonstrativum so) idem significans, quod مِثْلٌ *similitudo, simile* et latino *instar* respondens; quare omnibus in casibus positum invenitur, ut فَمَا صَلَّى عَصَاكَ كَمُسْتَدِيمِ *non enim igne correxit quisquam baculum tuum ut lente agens* (ubi كَمُسْتَدِيمِ est مِثْلُ شَخْصٍ مُسْتَدِيمٍ), يَضْحَكُ عَنْ كَٱلْبَرَدِ *ridet quasi a grandine*, i. e. ridens ostendit quasi grandinem (vid. p. 192 *b*)); pr. *ridet a simili grandinis* (عَنْ مِثْلِ ٱلْبَرَدِ), re, quae

*) Cf. etiam فَيَعُودَ مِنْ ذِي قَبْلُ *adeo ut in pristinum statum rediret.*

grandini similis est, dentibus grandini similibus. Haud raro كَ cum مِثْلٌ compositum legitur, كَمِثْلِ, ut كَمِثْلِ ٱلْحِمَارِ يَحْمِلُ أَسْفَارًا *asini instar, qui libros portat.*

450. Particula وَ saepe cum genitivo ejus conjuncta legitur, per quem juraturut وَٱللّٰهِ *per Deum*, وَرَبِّكَ *per Dominum tuum.* Verum id non fit, nisi ubi 1) post وَ nomen substantivum sequitur et 2) verbum jurandi deest. Ante pron. suff. et ubi verbum jurandi additum est, بِ ponitur (cf. § 441 p. 201). Genitivus post وَ haud dubie ab hac praepositione ob usum formularum jurisjurandi frequentissimum ommissâ pendet. Cum وَ cf. hebr. וְ Ps. 2, 6. Jes. 3, 14. Formulae jurandi وَٱللّٰهِ interdum فَ praeponitur: فَوَٱللّٰهِ *ergo per Deum.* — Particula jurantis تَ, cujus origo obscurissima est, paene ubique in formula jurandi تَٱللّٰهِ *per Deum*, rarissime in aliis formulis jurandi legitur. Genitivus post تَ et ipse a بِ ommissâ pendet.

451. Praepositionum compositarum, quae veteri Arabismo rariores, recentiori frequentiores sunt, prior ferme sola مِنْ est. Componitur مِنْ

1) cum بَيْنَ (مِنْ بَيْنِ), ut مُحَمَّدٌ هُوَ ٱلْمَخْصُوصُ مِنْ بَيْنِ كَافَّةِ ٱلْخَلْقِ بِٱلْفَضْلِ وَٱلْكَمَالِ *Muhammed is est, qui inter omnes homines praestantiâ et perfectione insignis est* (pr. ex inter, i. e. e medio omnium hominum, ab iis secretus, prae iis), فِى آذَانِنَا وَقْرٌ وَمِنْ بَيْنِنَا وَبَيْنِكَ حِجَابٌ *in auribus nostris est gravitas auditus et inter nos et te est velum;* quo in loco مِنْ partem significat: und von dem, was, und etwas, was uns trennt ist ein Schleier;

2) cum فَوْقَ *supra* et تَحْتَ *infra* (مِنْ فَوْقِ et مِنْ تَحْتِ), ut جَعَلَ فِيهَا رَوَاسِىَ مِنْ فَوْقِهَا *posuit* (Deus) *in ea* (terra) *magnos montes supra eam* (aut a superficie ejus sese extollentes, aut partem superficiei ejus efficientes),

طَلَعَ مِنْ فَوْقِ ٱلْجَبَلِ وَنَزَلَ مِنْ خَلْفِهِ ***ascendit in montem et descendit de tergo ejus*** (ubi مِنْ partem totius loci valere patet), لَهُمْ جَنَّاتٌ تَجْرِى مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ ***iis paradisi sunt, subter quibus*** (quorum arboribus) ***amnes fluunt*** (ubi مِنْ item partitivum est: amnes pars sunt تَحْتِ ٱلْأَشْجَارِ ***regionum subter paradisorum arboribus sitarum***;

3) cum قَبْلَ *ante* et بَعْدَ *post* (مِنْ قَبْلِ et مِنْ بَعْدِ), ut ٱلَّذِينَ مِنْ قَبْلِكُمْ ***qui ante vos vivebant*** (pr. in parte spatii temporis, quod vos antecessit), ثُمَّ بَعَثْنَاكُمْ مِنْ بَعْدِ مَوْتِكُمْ ***deinde vos resuscitavimus post mortem vestram*** (pr. in parte spatii temporis mortem vestram secuti), ثُمَّ خَلَفَ مِنْ بَعْدِهِمْ خَلْفٌ آخَرُ ***deinde iis succesit alia aetas***;

4) cum عَلَى *super* (مِنْ عَلَى), ut نَزَلَ مِنْ عَلَى ٱلْفَرَسِ ***descendit de equo*** (in quo sederat), قَفَزَ مِنْ عَلَى ظَهْرِهِ ***desiluit de tergo ejus*** (lapidis, in quo steterat);

5) cum عِنْدَ *apud* et لَدُنْ *penes* (مِنْ عِنْدِ et مِنْ لَدُنْ), ut هُوَ مِنْ عِنْدِ ٱللَّهِ ***hoc a Deo*** (profectum) ***est*** (apud quem talia sunt, qui talia possidet eaque dandi potestatem habet; cf. § 443), رَبِّ هَبْ لِي مِنْ لَدُنْكَ ذُرِّيَّةً ***domine mi, da mihi prolem*** (pr. ***a penes te***, i. e. da mihi prolem a te, penes quem est quique eam dandi potestatem habet, proficiscentem);

6) cum قِبَلَ *apud*, *penes* (مِنْ قِبَلِ), ut كَانَ أَمِيرًا بِٱلشَّأْمِ مِنْ قِبَلِ عُثْمَانَ ***fuit praefectus in Syria ab ʿOṭmâno missus*** (pr. ***a coram ʿO.*** i. e. ab ʿO., qui ut imperator eum mittendi potestatem habuit cuique eum mittere visum est), قَدِمَ عَلَيْهِ جَوَابُ كِتَابِهِ مِنْ قِبَلِ أَبِى بَكْرٍ ***venit ad eum responsum epistolae suae ab Abubecro*** (de la part d'A., von Seiten A.'s.), سَلَامٌ مِنْ قِبَلِي عَلَى

مَنْ تَيَّمَتْنِى بِظَرْفِهَا *salus sit a me* (de la part de moi) *super eam, quae me mancipavit elegantia sua.*

Adnot *a.* De مِنْ دُونِ jam supra § 446 p. 211 dictum est. — إِلَى rarissime aliis praepositionibus praeponitur improbanturque a grammaticis Arabicis إِلَى نَحْوِ, إِلَى عِنْدِ et لِعِنْدِ.

Adnot *b.* Praepositiones interdum, sed rarissime et apud solos poëtas servato genitivo ommittuntur, ut إِذَا قِيلَ أَىُّ ٱلنَّاسِ شَرُّ قَبِيلَةٍ أَشَارَتْ كُلَيْبٍ بِٱلْأَكُفِّ ٱلْأَصَابِعِ *si dicitur: Quaenam inter homines est pessima tribus? Colaibum monstrant manibus digiti*, ubi ante كُلَيْبٍ praepositio إِلَى ommissa est ex أَشَارَتْ et بِٱلْأَكُفِّ ٱلْأَصَابِعِ facillime subintelligenda. — De بِ in certis jurandi formulis ommissa vid. § 448.

Adnot *c.* Interdum accusativus brevius et audacius ponitur, ubi ex regula praepositio (لِ maxime) ponenda erat, ut كِلْتُ زَيْدًا طَعَامَهُ وَوَزَنْتُهُ مَالَهُ *admensus sum Zeido cibum ejus et appendi ei pecuniam ejus* (زَيْدًا pro لِزَيْدٍ et وَزَنْتُهُ pro وَزَنْتُ لَهُ), وَلٰكِنْ رَحَلْنَاهَا نُفُوسًا كَرِيمَةً تُحَمَّلُ مَا لَا يُسْتَطَاعُ فَتَحْمِلُ *sed praeparavimus iis* (calamitatibus) *animos generosos, qui suscipiunt, quae ferre nequeunt eaque tum ferunt* (رَحَلْنَاهَا pro رَحَلْنَا لَهَا), أَمَرْتُكَ ٱلْخَيْرَ فَٱفْعَلْ مَا أُمِرْتَ بِهِ *jussi te bonum facere, fac ergo bonum, quod facere jussus es* (أَمَرْتُكَ ٱلْخَيْرَ pro أَمَرْتُكَ بِٱلْخَيْرِ), كَمَا عَسَلَ ٱلطَّرِيقَ ٱلثَّعْلَبُ *ut vulpes in via currit* (ٱلطَّرِيقَ pro فِى ٱلطَّرِيقِ; cf. § 428, 2) Adnot *a.*)

B. *De nomine.*

1. De nomine verbi, agentis et patientis.

452. Quum de notione nominis verbi (abstracti), de usu ejus ut complementum objectivum verbi (ٱلْمَفْعُولُ ٱلْمُطْلَقُ) et de rectione ejus, quatenus vim verbalem in se habet, jam supra in libro de formis earumque notione (§ 217) et in se-

ctione syntaxeos, quae de rectione verbi (de accusativo) agit (§ 409. 10—12), dictum sit, unum tantummodo reliquum est, quod hic de eo animadvertamus: id nequaquam, ut prima specie videri possit, per se, ex sua notione jam definitum esse, eamque ob caussam, ut articulo definiatur, non indigere, verum, hac in re a reliquis nominibus minime recedens, ubi careat articulo, indefinitum esse, ut قِتَالٌ فِيهِ كَبِيرٌ وَصَدٌّ عَنْ سَبِيلِ ٱللّٰهِ وَكُفْرٌ بِهِ أَكْبَرُ *pugnare in eo* (mense) *grave quid* (grave delictum est), *sed declinare a via Dei eique non credere gravius* (est), ubi قِتَالٌ etc. est Kämpfen, ein Kämpfen etc., non das Kämpfen etc., اَلطَّلَاقُ مَرَّتَانِ فَإِمْسَاكٌ*) بِمَعْرُوفٍ أَوْ تَسْرِيحٌ بِإِحْسَانٍ *divortium bis* (fiat, licitum est), *tum retinere benevolentiâ*, *aut dimittere benefactis* (locum habere debet, tum maritum uxorem suam aut etc. oportet), ubi اَلطَّلَاقُ est τὸ repudiare, die Verstoßung, إِمْسَاكٌ et تَسْرِيحٌ Beibehalten et Entlassen), لَا يَسْتَطِيعُونَ نَصْرًا *non possunt auxiliari ullo modo* (irgend ein Helfen, i. q. نَصْرًا مَّا vel مِنْ نَصْرٍ), لَا يَسْتَطِيعُونَ ٱلنَّصْرَ *non possunt auxiliari* (sie können die in dem bestimmten Falle nöthige Hilfe nicht bringen).

453. Nomen agentis et patientis (nomen verbi concretum), de cujus rectione, quatenus vim verbalem in se continet, jam supra in §§ 413—15 locuti sumus, personam vel rem (ut اَلْبَاعِثُ *caussa movens*, das Motiv, اَلْمَانِعُ *impediens*, *impedimentum*) denotat, cui notio verbalis ut eam describens inhaeret. Jam quum utraque, persona vel res et notio verbalis, qua ut ei inhaerenti describitur, firmum, stabile, manens sit, nomen verbi concretum actionem vel statum agentis vel patientis durantem et continuatum indicat. Quae notio ei communis est cum imperfecto (vid. § 392), quocum — id quod cum notionis cognatione cohaeret eamque veram esse demonstrat — plerumque quoad formam etiam cognatum est

*) إِمْسَاكٌ sc. وَاجِبٌ vel اَلْوَاجِبُ إِمْسَاكٌ.

(vid. § 256 Adnot.), quoad significatum eâ tantum re ab eo differens, quod personam vel rem notionem verbalem firmiter sibi infixam habentem et hinc in statu duranti versantem denotat, imperfectum contra, utpote verbum finitum *), notionem verbalem in motu eoque continuo versantem exprimit. Usus nominis verbalis concreti ut perfectum ex usu ejus ut nomen rigidum fluxit.

454. Qui status agentis durans et continuatus per nomen verbale concretum expressus, ad quod tempus referendum sit, quum nomen verbale concretum per se nullam temporis definiti notionem includat, vel ex voce aliqua enuntiationis certum tempus indicante, vel ex rei natura sententiaeque ratione, vel denique ex orationis nexu cognoscitur.

455. In enuntiationibus non subordinatis, sive per se stent, sive ab alia enuntiatione pendeant, nomine verbali concreto, notionem verbalem, qua persona vel res ut ei inhaerenti describitur, ad tempus vel praesens, vel proxime futurum, instans, vel omnino futurum referendum esse denotatur, ut زَيْدٌ نَاكِحٌ ٱبْنُهُ غَدًا زُبَيْدَةَ *filius Zeidi cras Zubeidam in matrimonium ducet* (nomine ag. نَاكِحٌ actionem proxime futuram significari, voce غَدًا indicatur), أَنَا قَاتِلُهُ *ego eum interfecturus sum,* إِنِّي قَاتِلُكَ *ego te interficiam* (nom. ag. قَاتِلٌ in his enuntiationibus ad futurum referendum esse, ex totius orationis nexu cernitur), هٰذَا مَقْتُولٌ *hic interficientus est*, وَٱعْلَمُوا أَنَّكُمْ غَيْرُ مُعْجِزِى ٱللّٰهِ وَأَنَّ ٱللّٰهَ مُخْزِى ٱلْكَافِرِينَ *et scitote, vos Deum non comperturos esse impotentem, et Deum puniturum esse eos, qui in eum non credunt,* ٱلَّذِينَ يَظُنُّونَ أَنَّهُمْ مُلَاقُوا رَبِّهِمْ *qui putant, se coram Domino suo apparituros esse,* قَدْ أَطْرَقَ يَنْظُرُ مَا هُمْ صَانِعُونَ *tacuit exspectans, quid illi facturi essent* (صَانِعُونَ ad futurum referendum esse, ex يَنْظُرُ patet).

---

*) Grammatici Arabici verbo finito اَلتَّجَدُّدُ *τὸ novum evadere, τὸ fieri,* das in die Existenz Treten der Handlung, nomine verbali اَلثَّبَاتُ *firmitatem, immobilitatem* significari dicunt.

Adnot. Ubi nomini verbali concreto futurum denotanti perf. كَانَ praeponitur, futurum in praeterito indicatur, ut أَمْرٌ كَانَ مَفْعُولًا *res, quae erat facienda* (أَمْرٌ كَانَ مَفْعُولًا i. e. q. أَمْرٌ مَا كَانَ حَقِيقًا أَنْ يُفْعَلَ *res, quae, ut fieret, digna erat*), كَائِنًا لَوْ *quid futurum esset si*; cf. compositionem imperf. cum كَانَ § 393.

456. Ubi nomen verbale concretum in enuntiationibus secundariis sive subordinatis positum est, status, quem describit, ad idem tempus pertinet, ad quod verbum enuntiationis primariae, ut أَنْشَدَ وَهُوَ مَحْبُوسٌ بِمَكَّةَ *cecinit dum in vinculis erat Meccae*, جَدَّ ٱلْمَهْدِىُّ فِى ٱلْهَرَبِ وَقَدِمَ طَرَابُلُسَ ٱلْغَرْبِ وَزِيَادَةُ ٱللّٰهِ مُتَوَقِّعٌ عَلَيْهِ *Mahdi in fuga properans Tripolim Africae pervenit, Zijadetallah ei usque imminente*, فَكَانَ حَامِدٌ يُخْرِجُ ٱلْحَلَّاجَ إِلَى مَجْلِسِهِ وَحَامِدٌ ٱلْوَزِيرُ مُجِدٌّ فِى أَمْرِهِ لِيَقْتُلَهُ *Ḥâmid Ḥallağum eduxit ad sedem suam — Hâmido Wesiro usque urgente, ut eum occideret*, مَنْ يُسْلِمْ وَجْهَهُ إِلَى ٱللّٰهِ وَهُوَ مُحْسِنٌ *qui ad Deum se totum convertit benefaciens.* Talibus in enuntiationibus subordinatis etiam imperfectum eâdem paene vi quam nomen verbale concretum adhibetur (vid. § 392, 5)).

457. Item nomen verbale concretum, ubi verbo in accusativo adverbiali positum subjungitur — id quod nequaquam ibi tantum fit, ubi subjectum nominis verbalis concreti et subjectum verbi una eademque persona sunt (vid. § 428, 3)) — ad idem tempus refertur, ad quod verbum, cui subjungitur, ut خَرَجَ هَارِبًا *exiit fugiens*, سَافَرَ بَارِيًا أَخُوهُ ٱلْقَوْسَ *profectus est, dum frater arcum sculperet*, خَرَجَ قَاعِدًا أَبُوهُ *exiit dum pater sedebat*, لَقِيتُ ٱلسُّلْطَانَ بَاكِيًا عِنْدَهُ *inveni Sultanum flentem* (eo in statu versantem, ut fleret) *apud eum*, مَنْ يَعْصِ ٱللّٰهَ وَرَسُولَهُ يُدْخِلْهُ نَارًا خَالِدًا فِيهَا *quicunque rebellis est contra Deum ejusque prophetam, eum Deus in ignem conjiciet, ita ut in eo perpetuo man-*

surus sit, كُنْتُ فِي ٱلْبُسْتَانِ زَاهِرًا *in horto fui dum florebat.* Idem fit post لَا يَزَالُ, لَمْ يَزَلْ *non desiit, desinet*, دَامَ *duravit*, بَقِيَ *mansit* et similia, ut لَمْ يَزَلْ قَاعِدًا *non desiit sedere*, لَا تَزَالُ طَآئِفَةٌ مِنْ أُمَّتِي ظَاهِرِينَ عَلَى ٱلْحَقِّ *non desinet esse pars populi mei, quae aperte verum teneat*, مَا دَامَ ٱلرُّوحُ سَاكِنًا فِي ٱلْجَسَدِ *quamdiu anima in corpore habitat*, فَبَقِيَ مُتَحَيِّرًا *et mansit obstupefactus*, ذُو ٱلْعِلْمِ يَبْقَى عِزُّهُ مُتَضَاعِفًا *manet honos sapientis* (post mortem ejus) *multiplicatus* (cf. § 425). Quae verba impf. etiam idque saepius sequitur, eâ tamen differentiâ, ut actionem continuo, iterum iterumque factam, nomen verbale concretum contra statum agentis durantem denotet, ut وَمَا زَالَ يَقْتَصِرُ عَلَى ٱلسُّكُونِ فِي قَعْرِ مَغَارَتِهِ *non desiit sese cohibere, ut in imo speluncae quietus sederet*, وَلَمْ يَزَلْ يُنْعِمُ ٱلنَّظَرَ فِيهَا *nec destitit in eas accurate inquirere*; cf. § 392, 5).

458. Ut imperfectum (§ 383), ita nonnunquam nomen verbale concretum verbo كَانَ ad praesens praeteriti exprimendum subjungitur, ut كَانَ نَازِلًا *habitabat*, كَانَتْ مَرْكُوزَةً (baculi) *fixi erant* (كَانَتْ تُرْكَزُ esset *figebantur*).

2. De rectione nominis.

De statu constructo et genitivo.

459. Notio nominis persaepe alius nominis notione definitur. Quod ubi fit, nomini definito propter transitum ad nomen definiens rapidiorem et nexum cum eo arctiorem brevius pronunciato (vid. § 331 seq.) nomen definiens in genitivo subjungitur. Arabes nomen definitum اَلْمُضَافُ, *annexum*, nomen definiens اَلْمُضَافُ إِلَيْهِ, *nomen cui annexum est*, et ipsam rationem inter hoc et illud intercedentem إِضَافَةٌ, *annexionem*, vocant; nos nomen definitum propter nexum cum nomine definiente abbreviatum in statu constructo positum esse dicimus.

460. Indicatur genitivo persona, in qua qualitas aliqua est, ut حِكْمَةُ ٱللّٰهِ *sapientia Dei*, materia formae et forma materiae, ut بَيْضَةُ فِضَّةٍ *ovum argenti* et فِضَّةُ ٱلدَّرَاهِمِ *argentum Dirhemorum*, caussa effectus et effectus caussae, ut خَالِقُ ٱلْأَرْضِ *creator terrae* et حَرُّ ٱلشَّمْسِ *ardor solis*, pars totius et totum partes complectens, ut رَأْسُ ٱلْحِكْمَةِ *initium sapientiae* et كُلُّ ٱلْمَخْلُوقَاتِ *universitas creaturarum*, possessio possessoris et possessor possessionis, ut خَزِينَةُ ٱلسُّلْطَانِ *thesaurus Sultâni* et سُلْطَانُ ٱلْبَرِّ وَٱلْبَحْرِ *Sultân terrae et maris*, objectum denique tam actionis quam agentis, ut خَلْقُ ٱلسَّمَآءِ *creatio coelorum*, كَاتِبُ ٱلرِّسَالَةِ *scriptor epistolae.*

461. Arabes annexioni vim vel praepositionis لِ (quae etiam accusativum exponit, vid. § 412—17. 438), vel praepositionis مِـنْ inesse dicunt eamque vel per illam vel per hanc solvunt. Ita غُلَامُ زَيْدٍ *puer Zeidi* est i. q. اَلْغُلَامُ ٱلَّذِى لِزَيْدٍ *puer, qui est Zeido* (cf. § 438, 2)) et كَأْسُ فِضَّةٍ *crater argenti* (argenteus) i. q. كَأْسٌ مِنْ فِضَّةٍ *crater ex argento* (cf. § 433 *b*)). Est tamen haud raro etiam per فِى solvenda, ut in صَوْمُ ٱلْيَوْمِ *jejunium hujus* (praesentis) *diei*, quod i. e. quod اَلصَّوْمُ فِى ٱلْيَوْمِ *jejunium hodie celebratum.*

462. Nomen definiens semper vel substantivum est vel aliquid vi substantivi praeditum, ut مَعْنَاهُ *sensus ejus*, كَلِمَةُ إِنْ *vox* إِنْ, مَعْنَى قَتَلَ *sensus verbi* قَتَلَ, تَنْكِيرُ إِنْسَانٍ *indeterminatio vocis* إِنْسَانٍ*), وَقْتَ أَنِ ٱسْتَتَرَ *tempore, quo se abscondidit* (= وَقْتَ ٱسْتِتَارِهِ); nomen definitum contra etiam adjectivum, numerale, praepositio esse potest.

---

*) Non كَلِمَةُ ٱلْإِنْ etc., verba enim per se ipsa determinata sunt, quum nihil quam verba valent idque in ipsa nomina indeterminata cadit.

463. Non solum nomina appellativa, sed propria etiam genitivo definiuntur, ut إِيلِيَا فِلَسْطِينَ *Aelia Palaestinae* (cf. בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה *Bethlehem Judae*, גַּת פְּלִשְׁתִּים *Gath Philistaeorum* et similia), حِيرَةُ ٱلنُّعْمَانِ *Hîra* (caput regni) *Noʿmânis*, تَغْلَبُ وَآئِلٍ *Tagleb Vâili* (T. ex tribu V. oriundus), حَاتِمُ طَيٍّء *Hâtim Ṭaï* (Ḥ. ex tribu Ṭ. oriundus).

464. Quum lingua Arabica magna adjectivorum copia non gaudeat, Arabes haud raro nomen per genitivum nominis definiunt, ubi nos ei adjectivum addimus; id quod ibi maxime fit, ubi materia rei indicanda est, ut بَيْضَةُ فِضَّةٍ *ovum argenti* (argenteum), ثَوْبُ حَرِيرٍ *vestis serica.* Eodem modo nomini personae genitivus aliquid, quod ei proprium est, indicans eoque eam describens adjicitur, ut كَعْبُ ٱلْأَحْبَارِ *Câb narrationum*, narrator (i. q. كَعْبٌ ذُو ٱلْأَحْبَارِ vel كَعْبٌ صَاحِبُ ٱلْأَحْبَارِ), زَيْدُ ٱلضَّلَالِ *Zeid perfidiae*, perfidus (= زَيْدٌ ذُو ٱلضَّلَالِ). Ita etiam ٱلْخَيْرِ *boni* et ٱلسَّوْء *mali* praecedente homine aut re usitantur.

465. Ex eâdem adjectivorum in lingua Arabica paucitate fluxit, quod Arabes saepe, quamquam plerumque in dictione poëtica tantum, nominibus nonnullis, quae notionem nexus personae vel rei cum re exprimunt, cum genitivo rei, inter quam et subjectum, quod iis inest, nexus, quem indicant, intercedit, conjunctis utuntur, ubi nos participia vel adjectiva substantiva facta ponimus. Quae nomina haec sunt: ذُو (gen. ذِي, acc. ذَا, fem. ذَاتُ, pl. masc. أُولُو, pl. fem. ذَوَاتُ) *praeditus* re, *possessor*, *dominus* rei (pr. pron. dem. [cf. זה זאת, ܗܳܢܳܐ] der [Mann] der Sache), صَاحِبٌ *socius* rei, *conjunctus* cum ea, *praeditus* ea, *possessor*, *dominus* ejus, أَبٌ *pater* et أُمٌّ *mater* i. e. *auctor*, *caussa*, *origo*, *principium* rei, إِبْنٌ *filius* et إِبْنَةٌ, بِنْتٌ *filia* i. e. ex re *ortus*, *a*, ab ea *caussatus*, *a*, *pendens*, cum ea *necessitudine jun-*

ctus, a, أَخٌ *frater* i. e. *conjunctus* cum re, ut ذُو ٱلْخَيْرِ *bonus,* ذُو ٱلشَّرِّ *malus,* ذُو ٱلْعِلْمِ *sapiens,* ذُو ٱلْجَهْلِ *insipiens,* أَرْضٌ ذَاتُ شَوْكٍ *terra spinis oppleta,* أُولُو ٱلْأَلْبَابِ *viri cordati,* أُولُو ٱلنُّهَى *viri intelligentes,* صَاحِبُ ٱلطَّبْعِ ٱلْمُسْتَقِيمِ *bona indole praeditus,* أَبُو ٱلْحَيَاةِ *pater* (sustentaculum) *vitae* (epith. pluviae), أُمُّ ٱلْخَبَائِثِ *mater* (fons) *actionum turpium* (epith. vini), إِبْنُ ٱلسَّبِيلِ *filius viae, viator,* بِنْتُ ٱلْأَرْضِ *filia terrae, glarea,* أَخُو ٱلْعِلْمِ *frater scientiae, sapiens.*

466. Item nonnullae notiones secundariae, notiones totius, partis, diversi etc., quas nos vel adjectivis, vel praepositionibus, vel vocibus compositis exprimimus, ab Arabibus substantivis exprimuntur substantiva primaria, ad quae accedunt, in genitivo sibi subjungentibus. Sunt haec substantiva:

1) كُلٌّ *universitas, omne, totum* (pr. *collectum,* cf. כלל, *rotundum, convolutum, in se collectum esse,* et إِكْلِيلٌ *corona).* Ubi substantivum primarium definitum ac singulare et individuum est, كُلٌّ *totum* significat, ut كُلُّ ٱلْبَيْتِ *tota domus* (pr. totum domus), ubi definitum ac plurale vel collectivum *omnes,* ut كُلُّ ٱلْحَيْوَانَاتِ *omnia animalia,* كُلُّ ٱلنَّاسِ *omnes homines* (pr. universitas animalium, hominum), ubi denique indefinitum est *omnem,* ut كُلُّ كَيْدٍ *omnem dolum,* كُلَّ يَوْمٍ *quovis die.* كُلُّ وَاحِدٍ et كُلُّ أَحَدٍ est *unusquisque* (pr. omnis singulis), كُلُّ مَنْ *quicunque* (pr. omnis qui). Saepe tamen substantivum primarium definitum primo loco ponitur, deinde كُلٌّ cum suffixo, in quo substantivum repetitur quodque ad id refertur, ut اَلنَّاسُ كُلُّهَا *omnes homines,* اَلْبَيْتُ كُلُّهَا *tota domus* (pr. homines omnes illi, domus tota ea). Pro كُلٌّ cum suffixo interdum اَلْكُلُّ τὸ πᾶν dicitur; item كُلٌّ *omnis,* ut غَدْ

crastinus dies et قَابِلٌ *annus proxime futurus* pro غَدَةٌ et قَابِلَةٌ. — Cum كُلٌّ in plurimis convenit

2) جَمِيعٌ *universitas, cunctum, omne* (pr. *collectum* a rad. جَمَعَ cognata cum جَمٌّ), ut جَمِيعُ ٱلنَّاسِ, اَلنَّاسُ جَمِيعُهُمْ et اَلنَّاسُ جَمِيعًا (non potest dici اَلنَّاسُ كُلًّا) *omnes homines*, اَلْمَدِينَةُ كُلُّهَا *urbs tota*. اَلْجَمِيعُ τὸ ὅλον, *omnes* est = جَمِيعُهُمْ.

3) بَعْضٌ *pars, aliqui, aliquis* (pr. ein aliquoter Theil eines Geschlechts oder eines Ganzen) paene semper sequente genitivo pluralis vel collectivi usitatur, ut خَاطَبَ بَعْضُ ٱلتَّلَامِيذِ لِمُحَمَّدِ بْنِ ٱلْحَسَنِ *allocuti sunt nonnulli discipuli Muḥammedem filium Ḥasani*, فِي بَعْضِ ٱلْقُرَى *in aliquo oppidulo*, أَنْشَدَ لِبَعْضِهِمْ *recitavit* (versus) *ab aliquo* (poëtarum) *compositos*, بَعْضُ مَا فِي ٱلْعِلْمِ *nonnulla eorum, quae scientiae insunt.* Saepe ex solo numero et genere praedicati vocis بَعْضٌ (item غَيْرٌ et reliquarum) cum seq. gen. congruentibus cognoscitur, utrum aliquis an aliqui vertendum sit. Ubi بَعْضٌ correlative repetitur, posteriori بَعْضٌ suffixum non additur, ut تَقَاتَلُوا بَعْضُهُمْ لِبَعْضٍ *interfecerunt se invicem.* In lingua vulgari posterius بَعْضٌ ommittitur. Nota denique interdum اَلْبَعْضُ poni pro بَعْضٌ sequente genitivo, ut إِذَا قَامَ بِهِ ٱلْبَعْضُ فِي بَلْدَةٍ سَقَطَ عَنِ ٱلْبَاقِينَ *si ea observant aliquot homines in aliquo oppido, reliqui culpâ vacant*, وَقَدْ خَالَفَهُمْ ٱلْبَعْضُ فِي ذَلِكَ *contradixerunt iis nonnulli hac in re.*

4) غَيْرٌ *mutatio, diversitas*, ubi adjectivo vel substantivo praedicati vim habenti praemittitur, notionem ejus negat, graec. ἀν, ἀ, lat. in, germ. un in vocibus compositis respondens, ut غَيْرُ مَخْلُوقٍ *increatum*, غَيْرُ ٱلْمَخْلُوقِ *increatum illud*, غَيْرُ مُمْكِنٍ *impossibile*, غَيْرُ ٱلْعَرَبِ *non Arabes, Barbari*, وَجْهُهُ إِلَى غَيْرِ ٱلْمِصْرِ *facies ejus non*

in Aegyptum conversa erat; ubi vero substantivo vel pronomini suffixo praeponitur, personam vel rem a commemorata vel commemoratis diversam notat, ut جَـآؤُا ٱلْوُزَرَآءُ وَٱلْقُضَاةُ وَغَيْرُهُمْ *venerunt Vesiri, Judices et alii,* ٱلْمُلُوكُ وَغَيْرُهُمْ *reges et alii* homines, اَلشَّجَاعَةُ وَٱلْقُوَّةُ وَٱلشَّفَقَةُ وَغَيْرُهَا *fortitudo, robur, mansuetudo et aliae* proprietates, أَفَغَيْرَ دِينِ ٱللّٰهِ يَبْغُونَ *an ergo aliam quam Dei religionem quaerunt?* In accusativo positum غَيْرُ *praeter* et *nisi* notat, ut غَيْرَ أَبِي بَكْرٍ *excepto Abubecro,* لَا تُرَى غَيْرَ جَاهِلٍ *non videberis nisi insipiens.* بِغَيْرِ et مِنْ غَيْرِ sequente genitivo est *sine*; cf. § 441 Adnot. *a.*

Adnot *a.* Pro غَيْرَ cum gen. adjectivi لَا quoque (quod pro غَيْرُ repetendo cum gen. constructum poni solet, ut مِنْ غَيْرِ أَبٍ وَلَا أُمٍّ *sine patre et matre)* cum nominativo positum invenitur, etsi rarius, ut بَقَرَةٌ لَا ذَلُولٌ pro غَيْرُ ذَلُولٍ *vacca non obsequens.*

Adnot. *b.* Nominibus كُلٌّ, جَمِيعٌ, بَعْضٌ et غَيْرٌ adnumeranda sunt etiam nomina سِوًى *alius, diversus, praeter,* ut سِوَى ٱلْعِلْمِ *praeter scientiam,* سِوَى كَوْنِهِ رَوْنَقَ ٱلْمَجْلِسِ *praeterquam quod est ornamentum consessus;* مِثْلٌ *similitudo,* ut مِثْلُهُ *similitudo ejus, simile ei* (cf. § 449); نَحْوٌ *versus, secundum, circiter* (cf. § 439), ut كَٱلصَّلٰوةِ وَٱلصَّوْمِ وَنَحْوِهِمَا *verbi caussa oratio et jejunium et secundum haec alia, et similia,* نَحْوَ ثَلَاثَةٍ *circiter tres,* وَهُمْ نَحْوٌ مِنْ أَرْبَعِ مِائَةِ رَجُلٍ *et sunt illi circiter quadringenti viri,* ubi annexio per مِنْ soluta est (vid. § 458), id quod post نَحْوٌ saepius fit; حَسْبُ *sufficientia, sufficit, satis,* ut ٱللّٰهُ حَسْبُهُ *Deus ei sufficiet.*

Adnot. *c.* كِلَانِ, fem. كِلْتَانِ *par, ambo, ae* cum genitivo dualis nominis definiti vel pronominis, vel etiam cum genitivo pronominis sensu dualis positi in statu constructo (كِلَا, كِلْتَا vid.

§ 331, 2.) collocatum nectitur, ut كِلَا ٱلرَّجُلَيْنِ *ambo viri*, كِلْتَا ٱلْجَنَّتَيْنِ *ambo horti*, أَحَدُهُمَا أَوْ كِلَاهُمَا *unus vel uterque eorum*, إِنَّ ٱلْمُعَلِّمَ وَٱلطَّبِيبَ كِلَاهُمَا *uterque, magister et medicus*, كِلْتَاهُمَا *ambae eae*, كِلَانَا *ambo nos*, كِلَا ذَلِكَ *utrumque hoc*. In poësi كِلَا etiam cum gen. duorum singularium jungitur, ut كِلَا زَيْدٍ وَعُمَرَ *uterque, Zeïd et ʿOmar*, كِلَا أَخِى وَخَلِيلِى *uterque, frater meus et amicus meus* (in prosa diceretur كِلَاهُمَا مِنْ زَيْدٍ وَعُمَرَ vel زَيْدٌ وَعُمَرُ كِلَاهُمَا). Ubi كِلَا necessario *ambo* conjunctim non *utrumque* separatim significat, ita ut praedicatio hoc posito falsa foret, dualis praedicati sequitur, ut وَكِلَاهُمَا (اَلْفَسَادُ وَٱلصَّلَاحُ .sc) يَعُمَّانِ كُلَّ ضَارٍّ وَنَافِعٍ *et ambo conjunctim complectuntur omnia, quae nocent et prosunt.*

467. Genitivum sibi subjungit etiam رُبَّ *nonnunquam, haud ita saepe* (manchmal) idque semper genitivum indeterminatum, quem enuntiatio sequitur, cujus verbum in num. sing. et in perfecto positum est, ut رُبَّ رَجُلٍ رَأَيْتُهُ جَاهِلًا *nonnunquam* (haud ita saepe) *virum vidi ignarum*. Ratio grammatica haec est, ut رُبَّ, quum sit accusativus nominis رُبٌّ hebr. רוֹב *multitudo* ab omissâ interjectione يَا vim verbi *voco* in se habenti (vid. § 421) pendens: *o multidudinem!* cum gen. suo indeterminato vim integrae propositionis habeat, ad cujus subjectum indeterminatum accedat صِفَةٌ, *enuntiatio descriptiva*.

Adnot. *a*. Pro رُبَّ cum gen. nonnunquam رُبَّ cum suff. ه et accusativo adverbiali ponitur, ut رُبَّهُ رَجُلًا, رُبَّهُ آمْرَأَةً, رُبَّهُ نَبِيِّينَ *o multidudinem ejus* (davon), *virum, mulierem, prophetas*. Nonnulli grammatici pronomen τῷ رُبَّ suffixum accusativi sequentis genus et numerum sequi volunt.

Adnot. *b*. Vox رُبَّ ex origine *multitudinem* significat; quod vero ubique ferme significatu paene contrario invenitur, id per translationem factum est; cf. nostrum manch (fr. maint in maint fois, i. e. bien de fois) in: ich sehe ihn (wohl) manchmal, i. e. haud

ita saepe; maxime vero nostrum vielleicht, cujus significatio paene in contrariam detorta est. — Ceterum pro رُبَّ legitur etiam رُبَ et رُبَّتْ.

Adnot c. Ex رُبَّ et مَا compositum est adverbium رُبَّمَا nonnunquam, forsitan.

468. Idem, quod رُبَّ cum gen. indeterminato, haud raro solus gen. indeterminatus post conjunctionem وَ significat, ut وَرَجُلٍ رَأَيْتُهُ جَاهِلًا *nonnunquam virum vidi ignarum*; ubi gen. non a vi conjunctionis وَ pendet, quae ubique copulativa est, sed a voce رُبَّ propter frequentem usum ommissâ; cujus vim propositioni interjectionali inesse, ex gen. indeterminato et enuntiatione descriptiva eum sequente cognoscitur. Cf. genitivum post وَ in jurandi formulis ab ommissâ praepositione بِ pendentem § 450. Nonnunquam genitivus ab ommisso رُبَّ pendens post فَ et بَلْ positum invenitur. Ponitur denique interdum etiam ubi nulla conjunctio praecedit.

469. Genitivum sibi nectunt nomina quoque vi superlativa praedita, sive formam comparativi et superlativi أَفْعَلُ (§ 254) habeant, sive non, ut أَعْلَمُ ٱلْفَلَاسِفَةِ *doctissimus philosophorum*, خَيْرُ ٱلْبَرِيَّةِ *optima creaturarum*, جُهَّالُكُمْ *insipientissimi vestrum* (pr. insipientes vestrum); ubi gen. totum significat, ex quo aliquis vel aliquid, ut summa pars, extollitur. Eodem sensu gen. ponitur post numerale ordinale أَوَّلُ *primus*, utpote quod superlativus est, ut أَوَّلُهُمْ *primus eorum*, minime vero post cetera numeralia a ثَانِي *secundus* usque ad عَاشِرٌ *decimus*, quoniam haec nomina agentis sunt verborum transitivorum, ita ut genitivus accusativum objecti repraesentet. Ut, personam vel rem sui generis maximam esse, denotetur, ab Arabibus saepe substantivum cum sui ipsius genitivo pluralis determinato nectitur, ut سُلْطَانُ ٱلسَّلَاطِينِ *Sulṭanus Sulṭanorum*, i. e. *Sulṭanus maximus*, قَاضِي ٱلْقُضَاةِ *judex summus*. Summum vero alicujus praedicati gradum alicui personae vel rei tribuendum esse, adjectivo cum genitivo pluralis substantivi determinato indicatur, ut

نَفِيسُ ٱلْجَوَاهِرِ *pretiosum margaritarum* i. e. *pretiosissimae margaritae.* Antecedens tum genere semper pro neutro habendus est; numero consequentem et sequi potest, et non sequi, ut سَابِغُ ٱلنِّعَمِ *amplum donorum* et سَوَابِغُ ٱلنِّعَمِ *ampla donorum*, i. e. *amplissima dona.* — In عَزِيزُ كِتَابِكُمْ vero et similibus gen. non totum significat, cujus ٱلْمُضَافُ pars est, sed explicativus est: *honoratissima epistola vestra*, ut in نَهْرُ ٱلْأُرْدُنِّ *fluvius Jordanes* (pr. *honoratum, quod est epistola vestra*, ٱلْعَزِيزُ ٱلَّذِى هُوَ كِتَابُكُمْ) cf. § 482.

470. Pronomen interrogativum أَىٌّ, fem. أَيَّةٌ *quis? quae?* cum gen. generis vel totius conjungitur (cf. § 269). Quod si fit, substantivum, quod sequitur, plerumque indeterminatum est, ut أَىُّ رَجُلٍ *quis vir?* (wer von Mann?) أَىُّ شَيْءٍ *quae res?*

471. Accusativum adverbialem nominum temporis حِينٌ et وَقْتٌ *tempus*, يَوْمٌ *dies*, سَاعَةٌ *hora* et similia haud raro integra enuntiatio sequitur logice in genitivo posita ut وَقْتَ أَنِ ٱسْتَتَرَ *tempore, quo se abscondidit* = وَقْتَ ٱسْتِتَارِهِ *tempore abscondendi ejus*, يَوْمَ هُمْ بَارِزُونَ *die, quo prodituri sunt.* Nonnunquam enuntiatio in genitivo posita etiam nominativum vel genitivum horum nominum sequitur, ut هٰذَا يَوْمُ يَنْفَعُ ٱلصَّادِقِينَ صِدْقُهُمْ *hic est dies, quo justis justitia sua proderit*, أَنْظِرْنِى إِلَى يَوْمِ يُبْعَثُونَ *exspectare me jube usque ad diem, quo resuscitabuntur.* Huc item pertinet, quod مَا cum tempore finito locum nominis verbi tenens in genitivo positum legitur, ut وَإِنَّمَا سُمِّىَ طَالِبُ ٱلْعِلْمِ مَا تَقُولُ لِكَثْرَةِ مَا يَقُولُونَ فِى ٱلزَّمَانِ ٱلْأَوَّلِ مَا تَقُولُ فِى هٰذِهِ ٱلْمَسْأَلَةِ *neque aliam ob rem nominatus est studiosus: Mâ takûlu* (Quid dicis?), *nisi propterea, quod saepissime dicere solebant priscis temporibus: Quid dicis de hac quaestione?*

472. Adjectiva, nomina patientis necnon etiam nomina agentis genitivum notionem suam determinantem sive restringentem sibi subjungere possunt, ut حَسَنُ ٱلْوَجْهِ *pulcher faciei*, طَاهِرُ ٱلْقَلْبِ *purus cordis*, شَدِيدُ ٱلْحَرَارَةِ *vehemens caloris* (intense calidus), مُسْتَجَابُ ٱلدُّعَآءِ *exauditus precum* (vir, cujus preces exauditae sunt), كُلُّ نَفْسٍ ذَآئِقَةُ ٱلْمَوْتِ *omnis anima gustans* est (gustabit) *mortem*, هَدْيٌ بَالِغُ ٱلْكَعْبَةِ *victima perveniens Câbae* (ad Câbam perveniens; بَلَغَ cum acc. pers. vel rei construitur, ad quam pervenitur), ٱلْمُقِيمُوا ٱلصَّلٰوةِ *observantes precum* (preces); cf. lat. aeger animi, integer vitae scelerisque purus. In talibus genitivus determinativus semper determinatus est per articulum.

473. Statum constructum inter et genitivum nulla vox interponi potest; quare adjectivum ad nomen in statu constructo positum accedens genitivo postponitur. Quamquam annexio juramento et apud poëtas interdum alio vocabulo interposito dirimitur, ut إِنَّ ٱلشَّاةَ تَسْمَعُ صَوْتَ وَٱللّٰهِ رَبِّهِ *ovis audit vocem per Deum! domini sui*, كَمَا خُطَّ ٱلْكِتَابُ بِكَفِّ يَوْمًا يَهُودِيٍّ *ut si liber scriptus esset manu aliquando Judaei*, فَزَجَجْتُهَا بِمِزَجَّةٍ زَجَّ ٱلْقَلُوصَ أَبِي مَزَادَةْ *et confodi eam hastâ, quemadmodum Abu Mesadah camelam juvencam confodit*, وَسِوَاكَ مَانِعُ فَضْلَهُ ٱلْمُحْتَاجِ *dum alii praeter te beneficia sua egeno denegant.*

474. Adjectiva relativa (§ 249), quatenus genitivi loco sunt, genitivus appositus sequi *potest*, ut رَأَيْتُ ٱلتَّيْمِيَّ تَيْمِ عَدِيٍّ *vidi Taimitam (virum ex tribu Taim*, ٱلرَّجُلَ مِنْ تَيْمٍ*)*, *Taimi* scilicet *'Adii.*

475. Nomen in statu constructo positum, utpote quod genitivo suo, sive is articulo definitus est, sive non, ut jam satis definitum considerari potest, articulo non definitur, ut بِنْتُ ٱلْمَلِكِ *filia regis*, بِنْتُ مَلِكٍ *filia* (die Tochter) *regis cujusdam.* Nomen cum altero arcte jungendum, ubi indefini-

tum esse debet, genitivo autem sibi subjuncto definitum redderetur, nomen, quocum conjungendum est, per praepositionem لِ adsciscit, ut مَاتَ لِي أَخٌ *unus ex fratribus meis mortuus est* (es ist mir ein Bruder gestorben); مَاتَ أَخِي esset: *frater meus* (unicus, quem habui) *mortuus est*, cf. § 438 Adnot *c*. Quamquam haud raro etiam nomen cum genitivo eoque definito nexum indefinitum est, ut نَحْوُهُ, مِثْلُهُ, نَظِيرُهُ *aliquid ei simile*, بَعْضُ ٱلْفُقَرَآءِ *pauperes nonnulli*. Articulus posterioris nominis ad nomen prius indefinitum reddendum nunquam omittitur. In أَمْرُ آخِرَةٍ وَدُنْيَا *res ulla vitae futurae et praesentis* et similibus nomina nuda partem indicant: pars locusque vitae futurae (ein einzelner Theil, ein einzelnes Interesse des jetzigen und zukünftigen Lebens); cf. *les vins de France*, i. e. ex parte vel loco aliquo Galliae oriunda, et *les vins de la France*, i. e. toti regioni propria. Articulus in talibus totum genus indicat.

476. Nomina formae أَفْعَلُ sensu superlativo posita ut substantiva neutra singularia cum genitivo ejus personarum vel rerum generis, in quo aliquis vel aliquid summum alicujus qualitatis gradum obtinet, conjunguntur. Quod ubi fit, genitivus indeterminatus est, ut أَفْضَلُ رَجُلٍ *optimus vir*, اَلْفِقْهُ أَفْضَلُ قَائِدٍ إِلَى ٱلْبِرِّ وَأَعْدَلُ قَاصِدٍ *doctrina dux est praestantissima ad integritatem et quae rectissimâ ingreditur via*, هُمَا أَفْضَلُ رَجُلَيْنِ *hi sunt optimi viri duo*, اَللّٰهُ خَيْرُ حَافِظٍ *Deus optimus servator est*, سَلَكَ أَقْبَحَ سِيرَةٍ *turpissimam iniit vitam*. Quamquam superlativum saepissime etiam genitivus per articulum determinatus sequitur, ut خَيْرُ ٱلْأُمُورِ أَوْسَطُهَا *optima rerum est media* (medium tenens inter duo extrema), أَفْضَلُ ٱلْأَوْقَاتِ شَرْخُ ٱلشَّبَابِ وَوَقْتُ ٱلسَّحَرِ *optima tempora sunt initium adolescentiae et tempus antelucanum*; qua de re jam § 469 locuti sumus. — Huc item pertinet genitivus indeterminatus post أَوَّلُ *primus* et آخِرٌ *postremus*, utpote quae voces (ut de أَوَّلُ jam § 469 observa-

vimus) revera superlativi sunt, ut أَوَّلُ بَيْتٍ وُضِعَ لِلنَّاسِ *prima domus, quae hominibus condita est*, أَوَّلُ يَوْمٍ *primus dies*, عَنْ أَبِي عَبَّاسٍ أَنَّهَا آخِرُ آيَةٍ نَزَلَ بِهَا جِبْرِيلُ *ab Ibn Abbâso traditum est, hunc esse postremum versum* (Qorâni), *quem Gabriel revelaverit*. Dicitur tamen etiam saepissime اَلْيَوْمُ ٱلْأَوَّلُ. Vocem أَوَّلُ deinde caeteri numeri ordinales a ثَانٍ *secundus* usque ad عَاشِرٌ *decimus* sequuntur, ut ثَانِيَ مَرَّةٍ *secundâ vice*. — Eodem denique modo a poëtis interdum, in lingua vulgari haud raro positivus adjectivi in genere neutro vi substantivâ collocati cum genitivo construitur, ut عَاجِلُ طَعْنَةٍ *celer ictus*, عَزِيزُ كِتَابِكُمْ *honoratae literae vestrae* (cf. §469.82). Verum خَيْرٌ *bonum* et شَرٌّ malum, necnon substantivâ سَوَآءٌ et سُوءٌ *malitia, pravitas*, cum genitivo juncti vim elativam habent, ut أَنْتُمْ خَيْرُ أُمَّةٍ أُخْرِجَتْ لِلنَّاسِ *vos estis optima gens, quae hominibus creata est* (cf. exempla p. 231 l. 7 et 10 ab infr. allata), وَصَفَ ٱلْيَهُودَ بِٱلْبُخْلِ وَٱلْحَسَدِ وَهُمَا شَرُّ خِصْلَتَيْنِ *Judaeis avaritiam et invidiam attribuit, quae duae qualitates pessimae sunt*, شَرُّ ٱلنَّاسِ مَنْ يَذْهَبُ بِدِينِهِ لِدِينِ غَيْرِهِ *pessimi hominum sunt, qui religionem suam propter aliorum religionem abjiciunt*, ضَلَّ سَوَآءَ ٱلسَّبِيلِ *erravit pessimâ viâ*, سَنَجْزِى ٱلَّذِينَ يَصْدِفُونَ عَنْ آيَاتِنَا سُوٓءَ ٱلْعِقَابِ *puniemus eos, qui a versibus nostris recedent, pessimâ* (i. e. acerbissimâ) *poenâ*. In compositionibus أَفْضَلُ رَجُلٍ, شَرُّ خِصْلَتَيْنِ, خَيْرُ أُمَّةٍ, عَزِيزُ كِتَابِكُمْ, عَاجِلُ طَعْنَةٍ, أَوَّلُ يَوْمٍ, سَوَآءُ سَبِيلٍ genitivus explicativus est, ut in مَدِينَةُ ٱلْقَاهِرَةِ *urbs El-qahira*, non, ut videri possit, vicarius accusativi adverbialis لِلتَّمْيِيزِ positi (§ 428, 6)), ita ut أَفْضَلُ رَجُلٍ i. esset q. أَفْضَلُ رَجُلًا *le meilleur en tant q'homme* (qui enim si esset, non هُمَا أَفْضَلُ رَجُلَيْنِ et هُمَا شَرُّ خِصْلَتَيْنِ, sed

هُمَا أَفْضَلَا رَجُلًا et هُمَا شَرًّا خِصْلَةً diceretur), neque etiam partitivus; partem indicat genitivus in خَيْرُ ٱلْأُمُورِ et شَرُّ ٱلنَّاسِ (cf. § 469).

480. Genitivum indeterminatum sibi subjungere etiam pronomen interrogativum أَيٌّ, fem. أَيَّةٌ *quis? quae?* supra § 470 jam diximus. Quamquam interdum etiam genitivus determinatus post أَيٌّ invenitur, ut أَيُّ ٱلرِّجَالِ *qui virorum?* عَلَى أَيِّ أَمْرِهِ *contra quamnam ejus rem?* ubi اَلرِّجَالِ et عَمْرِهِ genus vel totum sunt. Hinc أَيٌّ cum مَنْ et مَا componitur: أَيُّمَنْ *quicunque,* أَيُّمَا *quodcunque* (cf. § 366). Sed in أَيًّا مَا تَدْعُوا *quocunque nomine vocaveritis* مَا est nostrum immer, lat. *cunque,* graec. οὖν, أَيًّا autem pro أَيَّنَا vel أَيُّهُمْ etc. ut كُلًّا.

481. Materiam rei ex ea factae in genitivo positam annecti, supra § 464 cf. § 460. 61 diximus. Bene tamen notandum, id nonnisi ubi utrumque, nomen et rei et materiae, indeterminatum est, fieri; quod si vero utrumque determinatum est, nomen materiae eodem in casu, in quo hoc, positum annectitur, ita ut ejus appositivus sive permutativus (بَدَلْ) sit, ut اَلصَّنَمُ ٱلذَّهَبُ *idolum aureum,* pr. idolum, aurum, das Götzenbild, das Gold, non اَلصَّنَمُ ٱلذَّهَبِ *idolum auri,* اَلْكَأْسُ ٱلْفِضَّةُ *crater argenteus,* وَنَزَعَ مَا كَانَ عَلَيْهِنَّ مِنَ ٱلثِّيَابِ ٱلْحَرِيرِ وَأَلْبَسَهُنَّ ثِيَابًا مِنَ ٱلشَّعْرِ *iisque detraxit, quo vestitae erant vestium sericarum* (von den Kleidern, der Seide) *easque vestivit vestibus ex pilis,* اَلصُّلْبَانُ ٱلْخَشَبُ *cruces ligneae;* cf. syriacum ܕܝܢܪܐ ܕܗܒܐ *denarius aureus,* pr. denarius, aurum. Interdum etiam nomen materiae nomini rei ubi utrumque indeterminatum est apponitur, ut عِجْلًا جَسَدًا *vitulum ex auro fulvum,* pr. vitulum, aurum fulvum. اَلْحَرَامُ in اَلْبَيْتُ ٱلْحَرَامُ *domus sacra,* اَلْكَعْبَةُ ٱلْحَرَامُ *Câba sacra,* اَلْأَشْهُرُ ٱلْحَرَامُ *menses sacri* adjectivum est non nomen; est autem adj. حَرَامْ omnis generis et numeri.

482. Quum nexus nominis agentis cum genitivo objectivo et adjectivi cum substantivo determinante (§ 472), ut ضَارِبُ زَيْدٍ *percutiens Zeidi* (qui Zeidum pecutit), حَسَنُ ٱلْوَجْهِ *pulcher faciei* (quoad faciem) minus arctus sit (quare ab Arabibus إِضَافَةٌ غَيْرُ حَقِيقِيَّةٍ, *annexio non vera*, et إِضَافَةٌ لَفْظِيَّةٌ, *annexio verbalis, grammaticalis* *) vocatur), 1) nomen in statu constructo positum eo, quod genitivus determinatus est, non determinatur, ut هَدْىٌ بَالِغُ ٱلْكَعْبَةِ *victima* (ein Opferthier) *perveniens ad Càbam* (si بَالِغ genitivo اَلْكَعْبَةِ determinatum esset, هَدْىٌ articulo instruendum fuisset), رَجُلٌ حَسَنُ ٱلْوَجْهِ *vir* (ein Mann) *pulcher faciei*, رُبَّ رَجِينَا عَظِيمِ ٱلْأَمَلِ مُرَوَّعِ ٱلْقَلْبِ قَلِيلِ ٱلْحِيَلِ *multi sperant in nobis* (pr. sperantes nostrum), *magnam habent exspectationem* (pr. magni exspectationis), *perterriti corde sunt*, *paucis sunt instructi consiliis* (رُبَّ semper cum gen. indeterminato conjungitur, vid. § 468) et 2) nomen in statu constructo positum, ubi determinatum esse debet, articulo determinandum est et determinatum esse potest, ut اَلْمُقِيمُوا ٱلصَّلَوٰةِ *ii, qui precationem peragunt*, اَلضَّارِبُ رَأْسِ ٱلْجَانِي *qui ferit caput peccatoris*, مُحَمَّدٌ ٱلْحَسَنُ ٱلْوَجْهِ *Muhammedes, qui pulcher faciei est*, اَلْمُبْتَدِئُكَ *qui creavit te*, اَللَّاتِبِي *qui me vituperat*; cf. hebr. הַמַּכֵּהוּ Jes. 9, 12 et vid. § 413 Adnot.

482. Non semper in lingua Arabica diversa, sed saepe etiam ea, quae eadem sunt quorumque posterius hanc ob caussam proprie priori apponendum erat, annectuntur. Et nectuntur quidem ita: 1) cognomina cum nominibus, ut سَعِيدُ كُرْزٍ *Saïd* (cognominatus) *Pera* (سَعِيدُ كُرْزٍ resolvendum est per سَعِيدٌ ٱلَّذِى هُوَ كُرْزٌ, *Saïd qui est Pera*); 2) nomina propria fluviorum, urbium etc. cum nominibus appellativis ur

*) Opposita est إِضَافَةٌ حَقِيقِيَّةٌ, *annexio vera*, sive مَعْنَوِيَّةٌ, *logica*.

bem, fluvium etc. significantibus, ut مَدِينَةُ بَغْدَادَ *urbs Baġdâdi* (= اَلْمَدِينَةُ ٱلَّتِى هِىَ بَغْدَادُ), مَدِينَةُ دِمِشْقَ *urbs Damasci*, نَهْرُ ٱلْأُرْدُنِّ *fluvius Jordanis*, نَهْرُ ٱلْفُرَاتِ *fluvius Euphratis* (cf. hebr. נְהַר פְּרָת *fluvius Euphratis*, lat. fluvius Rheni, fr. la ville de Damas); 3) verba, ubi nihil quam verba valent, cum nomine *vox* significante, ut كَلِمَةُ كَانَ *vox* كَانَ (cf. § 462); 4) nomina cum nominibus ea significantibus, quae rebus nominibus in genitivo positis denotatis similia sunt, ut مَآءُ ٱللُّجَيْنِ *aqua argenti* i. e. argento similis argentea (l'eau argentine); 5) adjectiva articulo determinata cum substantivis suis eo carentibus, ut بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ *domus sancta* i. e. Hierosolyma (= اَلْبَيْتُ ٱلَّذِى هُوَ ٱلْمُقَدَّسُ), رَبِيعُ ٱلْأَوَّلِ *Rebî' prior*, رَبِيعُ ٱلْآخِرِ *Rebî' posterior*, عَامُ ٱلْأَوَّلِ *annus prior*. In صَلٰوةُ ٱلْأُولَى annexio vera est, quum اَلْأُولَى sit pro اَلسَّاعَةِ ٱلْأُولَى *preces primae horae* (der ersten Gebetsstunde) idque pro اَلصَّلٰوةُ فِى ٱلسَّاعَةِ ٱلْأُولَى cf. § 461. Huc item pertinet عَزِيزُ كِتَابِكُمْ, عَاجِلُ طَعْنَةٍ, أَفْضَلُ رَجُلٍ et similia vid. § 474. — Arabes hoc annexionis genus إِضَافَةُ ٱلتَّفْسِيرِ, *annexionem interpretativam*, et إِضَافَةُ ٱلْبَيَانِ, *annexionem explicativam*, vocant; ratio autem inter مَآءُ ٱللُّجَيْنِ et similia intercedens ab iis إِضَافَةُ ٱلتَّشْبِيهِ, *annexio comparativa*, appellatur.

De rectione numeralium.

484. De rectione numerorum cardinalium a 3—10 eorumque cum re numerata concordantia quoad genus et casum jam § 337 diximus. Hic addendum est, ea, ubi ut substantiva usurpantur, semper cum genitivo **pluralis** necti, ut سِتُّ بَنَاتٍ *sex filiae*, ثَلٰثُنَا *tres nos* (pr. trias nostrûm), أَرْبَعَتُهُمْ *quatuor illi* et interdum accusativum pluralis لِلتَّمْيِيزِ, *determinationis caussa*, positi sibi subjungere, ut خَمْسَةٌ

أَثْوَابًا *quinque vestes* (eine Fünf an Kleidern); cf. § 426.

485. إِثْنَانِ rei numeratae ut adjectivum postponi solet; nonnunquam tamen etiam ut substantivum usurpatur et cum genitivo et quidem singularis rei numeratae construitur, ut إِثْنَتَا حَنْظَلٍ *duo* (fructus) *colocyntidis*, i. q. حَبَّتَا حَنْظَلٍ (cf. § 337 Adnot. *b.*). Rarissime إِثْنَانِ duali ad notionem duo majori vi exprimendam adjicitur, ut مَرَرْتُ بِرَجُلَيْنِ ٱثْنَيْنِ *praeterii prope duos viros*, فَٱسْلُكْ فِيهَا مِنْ كُلٍّ زَوْجَيْنِ ٱثْنَيْنِ *duc in eam* (navim) *e quovis* (animalium genere) *duo invidua* (masculinum et femininum), وَمِنْ كُلِّ ٱلثَّمَرَاتِ جَعَلَ فِيهَا زَوْجَيْنِ ٱثْنَيْنِ *et ex omni fructuum genere posuit in ea* (terra) *duo individua.*

486. Ubi post numerale non res numerata, sed nomen genus vel collectivum indicans, ex quo res numerata est, sequitur, ratio inter numerale et hoc nomen intercedens non per genitivum sed per praepositionem مِنْ exprimitur, ut أَرْبَعَةٌ مِنَ ٱلطَّيْرِ *quatuor* (individua, aves, طُيُورٍ) ex avibus (genere avium), تِسْعَةٌ مِنَ ٱلرَّهْطِ novem (personae, أَشْخُصٍ) *ex tribu.* Quamquam nonnunquam etiam nomen generis et collectivum nomini numerali in genitivo annectitur, ut وَكَانَ فِي ٱلْمَدِينَةِ تِسْعَةُ رَهْطٍ *erant in urbe novem ex tribu.*

487. Numeralia cardinalia ab 11—99 rem numeratam in accusativo singularis positam sibi subjungunt, ut § 426 cf. § 339 Adnot. *b.* jam diximus. Sequitur tamen nonnunquam haec numm. accusativus pluralis, ut وَقَطَّعْنَاهُمُ ٱثْنَتَيْ عَشْرَةَ أَسْبَاطًا *et divisimus eos in duodecim tribus.* Genus numeralium cardinalium numeros ex denariis a secundo ad nonum usque (quae generis communis sunt) et unionibus compositos denotantium idem esse debet ac genus rei numeratae, ut أَحَدَ عَشَرَ كَوْكَبًا *undecim stellae*, تِسْعٌ وَتِسْعُونَ نَعْجَةً *nonaginta novem oves.*

488. Adjectivum, ubi ad rem numeratam numeralibus cardinalibus ab **11—99** in accusativo singularis subjunctam adjicitur, et (grammatice) cum re numerata et (logice) cum numero cardinali quoad numerum concordare potest, ut عِشْرُونَ دِينَارًا نَاصِرِيًّا et عِشْرُونَ دِينَارًا نَاصِرِيَّةً *viginti denarii Nâṣirini.*

489. Numm. cardd. denaria ab **20—90** genitivum possessoris rei numeratae hac ipsa ommissa et subintelligenda sibi subjungere possunt. Quod ubi fit, res numerata nota esse debet, ut عِشْرُو زَيْدٍ *viginti* (cameli) *Zeidi*, ثَلَاثُوكَ *triginta* (servi) *tui.* Item عِشْرُونَ vel عِشْرِينَ genitivum mensis ommissâ voce يَوْمٌ sibi nectit, ut وَكَانَ ثَامِنَ عِشْرِى تَمُوزَ *eratque dies vigesimus octavus mensis Tamûz.*

490. Genitivum possessoris re possessâ ommissâ sibi nectunt et numeralia ab **11—19.** Quae, ubi hoc fit, secundum plerosque grammaticos indeclinabilia manent, secundum alios ita declinantur, ut vox prior in casu, quem nexus orationis exigit, posterior in genitivo a priori pendente ponatur, ut هٰذِهِ خَمْسَةُ عَشَرِكَ *hi sunt quindecim* (cameli) *tui*, خُذْ خَمْسَةَ عَشَرِكَ *cape quindecim* (camelos) *tuos*, أَعْطِ مِنْ خَمْسَةِ عَشَرِكَ *da* (nonnullos) *ex quindecim* (camelis) *tuis.* Declinatio posterioris vocis priori non declinatâ, ut هٰذِهِ خَمْسَةَ عَشَرُكَ, quam nonnulli grammatici Arabici pro licita habent, a plerisque ut mala improbatur.

491. Numeralia cardinalia مِائَةٌ *centum* et أَلْفٌ *mille* et numm. cardd., quae cum iis composita sunt, cum gen. singularis junguntur, ut مِائَةُ رَجُلٍ *centum viri*, مِائَتَا حِمَارٍ *ducenti asini*, ثَلٰثُمِائَةِ كَلْبٍ *trecenti canes*, أَلْفُ مَدِينَةٍ *mille urbes*, أَلْفَا كِتَابٍ *duo millia librorum*, أَرْبَعَةُ آلَافِ رَجُلٍ *quatuor millia virorum*, أَحَدَ عَشَرَ أَلْفَ دِينَارٍ *undecim*

millia denariorum, ثَلْثُمِائَةِ أَلْفِ رَجُلٍ *trecenta millia virorum.*

492. Ubi numerus ex pluribus numeralibus diversi generis compositus est, res numerata quoad numerum et casum numerale postremo loco positum sequitur, ut بَيْنَ ٱلْهِجْرَةِ وَبَيْنَ آدَمَ عَلَى مُقْتَضَى ٱلتَّوْرَاةِ ٱلْعِبْرَانِيَّةِ أَرْبَعَةُ آلَافٍ وَسَبْعُ مِائَةٍ وَإِحْدَى وَأَرْبَعُونَ سَنَةً *inter Heǵram et inter Adâmum secundum Pentateuchum hebraicum* 4741 *anni sunt*, بَيْنَ تَبَلْبُلِ ٱلْأَلْسُنِ وَبَيْنَ ٱلْهِجْرَةِ عَلَى ٱخْتِيَارِ ٱلْمُؤَرِّخِينَ ثَلٰثَةُ آلَافٍ وَثَلٰثُمِائَةٍ وَأَرْبَعُ سِنِينَ *inter confusionem linguarum et inter Heǵram ex sententia historicorum* 3304 *anni sunt.* Quamquam res numerata et post singulas numeri partes repetitur, ut ٱلْغَرْبِيَّةُ عِبْرَتُهَا أَلْفَا أَلْفِ دِينَارٍ وَمِائَةُ أَلْفِ دِينَارٍ وَأَرْبَعَةٌ وَأَرْبَعُونَ أَلْفَ دِينَارٍ وَثَمَانُونَ دِينَارًا جَيْشِيَّةً *summa redituum provinciae Garbijjeh est:* 214,480 *denarii aurei militares.* — In numeris ex millionibus etc. compositis أَلْفٌ post singulas numeri partes repetitur, ut جُمْلَةُ ذَلِكَ تِسْعَةُ آلَافِ أَلْفٍ وَخَمْسُمِائَةِ أَلْفٍ وَأَرْبَعَةٌ وَثَمَانُونَ أَلْفًا وَمِائَتَانِ وَأَرْبَعَةٌ وَسِتُّونَ دِينَارًا *summa hujus rei est* 9,584,264 *denarii aurei.*

493. Ut numm. cardd. a 3—10 (§ 337), ita reliqua quoque ut adjectiva usurpari ideoque rei numeratae postponi possunt, ut وَجَذَبَ ٱلشَّبَكَةَ إِلَى ٱلْأَرْضِ إِذْ هِيَ مُمْتَلِئَةٌ حِيتَانًا كِبَارًا مِائَةً ثَلٰثَةً وَخَمْسِينَ *traxit rete in terram, quum plena esset* 153 *magnorum piscium*, كَانَتْ شُعُوبُ أَوْلَادِ نُوحٍ ٱلثَّلٰثَةِ عِنْدَ تَبَلْبُلِ ٱلْأَلْسُنِ ٱثْنَتَيْنِ وَسَبْعِينَ شَعْبًا *erant populi trium Noachi filiorum, quo tempore linguarum confusio accidit, septuaginta duo populi* (quo in exemplo res numerata ideo repetita est, quod numeralia sua pluribus verbis ab ea separata sunt).

494. De concordantia generis inter numeralia cardinalia et nomina rei numeratae haec tenenda sunt:

1) Numerale cardinale, ubi nexum est cum plurali nominis rei numeratae, quod in singulari masculini, in plurali feminini generis est, plerumque genus non pluralis sed singularis sequitur, ut ثَلَاثَةُ حَمَّامَاتٍ *tria balnea* (حَمَّامٌ *balneum* in singulari masculini generis est).

2) Ubi nomen rei numeratae subintelligendum est, numerale quoad genus cum eo concordat, ut مِنْهُمْ مَا يَمْشِي عَلَى أَرْبَعٍ *inter ea* (animalia) *sunt, quae quatuor* (pedibus) *incedunt.*

3) Numerale cardinale, ubi res numerata nomine denotata est, genus grammaticum hujus nominis sequi solet. Ita ثَلٰثَةُ أَشْخُصٍ *tres personae* etiam ubi de feminis agitur et ثَلٰثُ أَعْيُنٍ *tres personae* etiam ubi de viris sermo est dicitur, quia شَخْصٌ masculini et عَيْنٌ feminini generis est. — Quodsi vero ad nomen rei numeratae aliquid accedit, quo genus rei, quam designat, indicatur, numerale genus rei designatae sequitur, ut فَكَانَ مِجَنِّي دُونَ مَنْ كُنْتُ أَتَّقِي ثَلَاثُ شُخُوصٍ كَاعِبَانِ وَمُعْصِرُ *et erant clypeus meus contra eos, quos timebam, tres personae, duae puellae pubertatem ingredientes et puella nubilis* (كَاعِبَانِ et مُعْصِرُ de solis feminis usitantur), وَإِنَّ كِلَابًا هَذِهِ عَشْرُ أَبْطُنٍ وَأَنْتَ بَرِيٌّ مِنْ قَبَآئِلِهَا ٱلْعَشْرِ *haec tribus Kilâb in decem ramos divisa est, sed tibi nihil rei est cum his decem ramis* (أَبْطُنٌ, pluralis vocis بَطْنٌ, quae vox masculini generis est, cum numerale feminino nectitur, quia sensum habet sequentis قَبَآئِل, quod pluralis feminini قَبِيلَةٌ est). — Nonnunquam numerale genus rei, quam nomen rei numeratae designat, ibi etiam sequitur, ubi nihil adjectum est, ex quo id cognosci potest, ut ثَلٰثَةُ أَنْفُسٍ *tres homi-*

nes (ثَلٰثَةٌ, quia نَفْسٌ, genere femininum, h. l. sensum رَجُلٌ habet).

4) Ubi res numerata adjectivo vel voce denotatur, quae, ex origine adjectivum, qualitatem denotat, quae in re est, numerale cardinale cum genere substantivi subintelligendi concordat, ut مَنْ جَآءَ بِٱلْحَسَنَةِ فَلَهُ عَشْرُ أَمْثَالِهَا *qui bonum fecerit, is decem* (bona) *accipiet, quae id, quod fecit, aequant* (عشر, quia أَمْثَالٌ, quod masculini generis est, epitheton tantum est vocis حَسَنَاتٌ subintelligendae).

5) Numerale cardinale cum nomine rei numeratae, ubi cum eo per مِنْ nectitur, genere concordat, ut أَرْبَعَةٌ مِنَ ٱلْغَنَمِ *quatuor ex ovibus*, ثَلٰثٌ مِنَ ٱلْبَطِّ *tres ex anatibus* (nomen speciei غَنَمٌ masculini, nomen speciei بَطٌّ feminini generis est). Idem ibi adeo fit, ubi nomen speciei epitheton sequitur, quo genus rei numeratae designatur, ut ثَلٰثَةٌ مِنَ ٱلْغَنَمِ أُنَاثٌ *tres ex ovibus, feminae*, ثَلٰثٌ مِنَ ٱلْبَطِّ ذُكُورٌ *tres ex anatibus, mares*. Ubi vero epitheton inter numerale et nomen speciei interponitur numerale cum epitheto, non cum nomine speciei genere concordat, ut ثَلٰثُ أُنَاثٍ مِنَ ٱلْغَنَمِ *tres feminae ex ovibus*.

6) Numeralia, ubi ut numeri abstracti usurpantur, generis masculini sunt, ut ثَلٰثَةٌ نِصْفُ سِتَّةٍ *tria sunt dimidium ex sex*.

7) Ubi de pari numero rerum diversi generis sermo est, *a)* numeralia a sex usque ad decem genere cum nomine proxime sequente concordant, ut لِي ثَمَانِيَةُ أَعْبُدٍ وَإِمَآءٍ *mihi sunt octo servi et servae*, لِي ثَمَانِي إِمَآءٍ وَأَعْبُدٍ *mihi sunt octo servae et servi*; *b)* numeralia infra sex repetuntur, ut لِي خَمْسَةُ أَعْبُدٍ وَخَمْسُ إِمَآءٍ *mihi sunt quinque servi et quinque servae*; *c)* numeralia composita, ut undecim etc., si nomina sequentia creaturas ratione praeditas significant, generis masculini, si creaturas

ratione carentes indicant, ejus, cujus nomen proxime sequens, generis sunt, ut عِنْدِى خَمْسَةَ عَشَرَ عَبْدًا وَجَارِيَةً *possideo quindecim servos et servas*, عِنْدِى خَمْسَةَ عَشَرَ جَارِيَةً وَعَبْدًا *possideo quindecim servas et servos*, عِنْدِى خَمْسَةَ عَشَرَ جَمَلًا وَنَاقَةً *possideo quindecim camelos mares et feminas*, عِنْدِى خَمْسَ عَشْرَةَ نَاقَةً وَجَمَلًا *possideo quindecim camelos feminas et mares.* Ubi res numeratae creaturae sunt ratione carentes atque inter eas et numerale aliquid interponitur, numerale semper feminini generis est, ut عِنْدِى خَمْسَ عَشْرَةَ مَا بَيْنَ جَمَلٍ وَنَاقَةٍ *quindecim camelos tam mares quam feminas possideo*, عِنْدِى خَمْسَ عَشْرَةَ مَا بَيْنَ نَاقَةٍ وَجَمَلٍ *quindecim camelos tam feminas quam mares possideo.*

495. Numeralia cardinalia articulo determinantur, 1) ubi abstracte posita sunt, ut اَلثَّلٰثَةُ نِصْفُ ٱلسِّتَّةِ *tria sunt dimidium ex sex;* 2) ubi de re jam nominata sermo est vel res numerata ut omnibus nota sistitur, ut فَرَجَعَ ٱلسَّبْعُونَ بِفَرَحٍ *et reversi sunt septuaginta* (μαθηταί) *cum gaudio;* 3) ubi numerale ut adjectivum post nomen rei nominatae collocatur, ut اَلرِّجَالُ ٱلْخَمْسَةُ *quinque viri;* 4) ubi numerale nomen rei numeratae praecedit et utrumque, utpote unam tantum orationis partem efficiens, determinandum est. Quod ubi fit, post numeralia a 3—10 sola res numerata articulo insignitur, ut ثَلٰثَةُ ٱلرِّجَالِ *tres viri;* quamquam etiam numerale articulo instrui potest, ut اَلسَّبْعَةُ دَعَائِمُ ٱلنَّامُوسِيَّةُ *septem praecepta fundamentalia legis* atque adeo utrumque, et numerale et nomen rei numeratae, eo instructum legitur, ut ٱلْخَمْسَةُ ٱلْأَثْوَابِ *quinque vestes*, ٱلثَّلَاثَةُ ٱلْأَصْوَاتِ ٱلْمُخْتَارَةِ *tres cantilenae electae.* Item num. مِائَةٌ et أَلْفٌ eorumque derivata et composita, ubi determinanda sunt, aut rem numeratam articulo instructam sibi annectunt, aut ipsa articulo instruuntur, ut ثَلٰثُمِائَةُ ٱلدِّينَارِ et اَلثَّلٰثُمِائَةُ ٱلدِّينَارِ

trecenti denarii. Ad numeralia, quae rem numeratam in accusativo sibi subjungunt, quod attinet, numeralia denariorum articulo insigniuntur, numeralia ex denariis et unionibus per وَ junctis composita utramque vocem articulo instructam habent, ut اَلسَّبْعَةُ وَٱلسَّبْعُونَ جَمَلًا *septem illi et septuaginta cameli* (nos dicimus: die sieben und siebzig Kameele, non repetito articulo, quamquam per se id licet), numeralia denique ab 11—19 modo utrique voci, modo priori tantum articulum praefixum habent, ut اَلثَّلٰثَةُ ٱلْعَشَرَ et اَلثَّلٰثَةُ عَشَرَ جَمَلًا *tredecim illi cameli.*

496. Numeralia ordinalia necnon cardinalia vim ordinalium habentia (vid. § 346) genitivum, inprimis genitivum mensis et diei, sibi subjungunt, ut خَامِسُ عَشَرَهُمْ *decimus quintus eorum* (خَامِسُ, non خَامِسَ, quia pronomen suffixum numerale ordinale determinans sequitur; cf. § 345 Adnot.), ثُمَّ سَارَ ٱلسُّلْطَانُ إِلَى عَزَازَ وَنَازَلَهَا ثَالِثَ ذِى ٱلْقَعْدَةِ وَتَسَلَّمَهَا حَادِىَ عَشَرَ ذِى ٱلْحِجَّةِ *deinde Sultânus 'Azâzum profectus est et castra posuit contra hanc urbem* (die) *tertio* (mensis) *dulqâda et eam sibi traditam accepit* (die) *undecimo* (mensis) *du'lhiǵǵa*, هُوَ حَادِى عِشْرِينَ تِشْرِى *hic est vigesimus primus Tischri* (عِشْرِينَ pro عِشْرِى serioribus usitatum est), فِى ثَالِثِ عِشْرِينَهُ نُودِىَ بِٱلْقَاهِرَةِ (die) *vigesimo tertio ejus* (hujus mensis) *proclamatum est el-Qâhirae*, وَكَانَ ثَامِنَ عِشْرِى تَمُّوزَ *et erat vigesimus octavus* (dies mensis) *Tamûz* (quibus ex locis, copulam وَ inter nomen unitatis et denarii pluralis omitti posse, apparet).

497. Numeralia ordinalia haud raro cum genitivo numeralium cardinalium nectuntur, et quidem 1) cum genitivo numeralium cardinalium s u o r u m et 2) cum genitivo numeralium cardinalium uno gradu minorum. — Illud ubi fit, numerale ordinale indefinite unum ex numero per numerale cardinale indicato exprimit, ut لَقَدْ كَفَرَ ٱلَّذِينَ قَالُوا إِنَّ ٱللّٰهَ ثَالِثُ ثَلٰثَةٍ *non crediderunt, qui dixerunt, Deum esse*

tertium trium (i. e. unum ex tribus, trinum), إِذْ أَخْرَجَهُ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا ثَانِيَ ٱثْنَيْنِ *quum qui non crediderant eum propulerunt secundum duorum* (i. e. unâ cum altero, uno junctum comiti), خَرَجَ زَيْدٌ سَابِعَ سَبْعَةٍ *exiit Zeidus septimus e septem* (i. e. unâ cum sex comitibus, sex comitibus cinctus). Ubi dicendum est, aliquem unum ex 11—19 esse, cum genitivo numeralis cardinalis vel numerale ordinale vel prior pars ejus tantum conjungitur, ut ثَانِي عَشَرَ ٱثْنَيْنِ عَشَرَ et ثَانِي ٱثْنَيْنِ عَشَرَ *duodecimus* (*unus*) *ex duodecim.* — Ubi cum numerali ordinali genitivus numeralis cardinalis uno gradu inferioris nectitur, ut هُوَ ثَالِثُ ٱثْنَيْنِ *ille est tertius duorum*, numeralia ordinalia a 3—9 revera adjectiva verbalia sive nomina agentis sunt a verbis ثَلَثَ, رَبَعَ etc., *tertio, quarto* etc., *auget duos, tres* etc., *ita ut tres, quatuor* etc. *fiant;* quare etiam cum accusativo numeralis cardinalis uno gradu inferioris conjungi possunt, ut هُوَ رَابِعٌ ثَلَاثَةً *ille quarto auxit tres, ille ut quartus ad tres accedit.* Item numeralia ordinalia ab 11—19 cum accusativo numeralium cardinalium uno gradu minorum junguntur, ut هُوَ ثَالِثُ عَشَرَ ٱثْنَيْ عَشَرَ *ut decimus tertius ad duodecim accedit;* quanquam multi grammatici hanc loquendi rationem improbant. Ubi, aliquem numerum ex denariis et unionibus compositum uno augere, dicendum est, unio tantum, non unio et denarius numeri ordinalis numero cardinali praemittitur, ut هُوَ رَابِعٌ ثَلَاثَةً وَعِشْرِينَ sive هُوَ رَابِعُ ثَلَاثَةٍ وَعِشْرِينَ *ut vigesimus tertius ad viginti duos accedit.* A denariis 20—90 verba derivantur, quorum nomina agentis accusativum numeralis cardinalis numero denario, quem ipsa exprimunt, uno gradu inferioris sibi subjungunt, ut هُوَ مُعَشِّرٌ تِسْعَةَ عَشَرَ *ille ad undeviginti vigesimus accedit.*

498. In temporum computationibus non solum numeralia cardinalia denariorum, centenariorum et millium, a quibus numeralia ordinalia non formantur, sed numeralia cardinalia unionum etiam loco numeralium ordinalium ponuntur, ut هِيَ

ٱلسَّنَةُ ٱلثَّالِثَةُ وَٱلثَّلٰثُونَ وَتِسْعُمِائَةٍ لِلْإِسْكَنْدَرِ *hic est annus 933 Alexandri*, فِي سَنَةِ ثَمَانٍ وَثَمَانِينَ وَثَمَانِ مِائَةٍ لِلْإِسْكَنْدَرِ *anno 888 Alexandri*. Fit hoc inprimis ubi tempus ab aera Muhammedanis sollemni computatur, ut تُوُفِّيَ صلعم ضُحًا يَوْمَ ٱلْإِثْنَيْنِ لِثِنْتَيْ عَشْرَةَ لَيْلَةً خَلَتْ مِنْ شَهْرِ رَبِيعِ ٱلْأَوَّلِ سَنَةَ إِحْدَى عَشْرَةَ مِنَ ٱلْهِجْرَةِ *mortuus est Propheta mane diei Lunae duodecim diebus mensis Rebiʿ prioris praeterlapsis, anno undecimo Fugae.* Ubi vero de annis regni vel vitae hominis agitur, numeri ordinales usurpandi sunt, ut فِي ٱلسَّنَةِ ٱلسَّادِسَةِ مِنْ مُلْكِ ٱلْأَشْرَافِ شَعبَانَ *anno sexto regni Melik-elaschrâf Schâban*, فِي ٱلسَّنَةِ ٱلثَّانِيَةِ وَٱلْعَرْبَعِينَ مِنْ مُلْكِهِ *anno quadragesimo secundo regni ejus.*

499. Arabibus duae sunt dies mensis computandi rationes. Aut enim eos a primo ad extremum usque numerant, ut nos, ut يَوْمَ عِشْرِينَ مِنْ شَهْرِ رَجَبٍ *die vigesimo mensis Reg'eb*, aut e noctibus mensis computationem instituunt, ut لِأَوَّلِ لَيْلَةٍ مِنْ رَجَبٍ *prima nocte* mensis *Reg'eb* vel لِغُرَّةِ رَجَبٍ sive غُرَّةَ رَجَبٍ *novilunio* mensis *Reg'eb* vel لِلَيْلَةٍ خَلَتْ مِنْ رَجَبٍ *una nocte* mensis *Reg'eb praeterlapsâ*, i. e. die post primam noctem mensis Reg'eb (pr. ad noctem (quae) transiit ex (mense) Reg'eb), لِلَيْلَتَيْنِ خَلَتَا مِنْ رَجَبٍ *duabus noctibus* mensis *Reg'eb praeterlapsis*, لِثَلَاثِ لَيَالٍ خَلَوْنَ مِنْ رَجَبٍ vel لِثَلَاثٍ خَلَوْنَ مِنْ رَجَبٍ *tribus noctibus* mensis *Reg'eb praeterlapsis* et sic porro usque ad لِأَرْبَعَ عَشْرَةَ (لَيْلَةً) خَلَتْ مِنْ رَجَبٍ *quatuordecim noctibus* mensis *Reg'eb praeterlapsis*, فِي ٱلنِّصْفِ رَجَبٍ *medio* mense *Reg'eb* i. e. die ejus decimo quinto, لِأَرْبَعَ عَشْرَةَ بَقِيَتْ مِنْ رَجَبٍ *quatuordecim noctibus* mensis *Reg'eb restantibus*, i. e. *die decimo sexto* mensis *R.*, لِعَشْرٍ بَقِينَ مِنْ رَجَبٍ

decem noctibus mensis *Reg'eb restantibus*, i. e. die vigesimo m. R., لِلَيْلَتَيْنِ بَقِيَتَا مِنْ رَجَبٍ *duabus noctibus* m. *R. restantibus*, i. e. die vigesimo octavo m. R., لِلَيْلَةٍ بَقِيَتْ مِنْ رَجَبٍ *una nocte* m. *R. restante*, i. e. die vigesimo nono m. R.

II. De enuntiationibus.

A. De enuntiatione in genere.

1. De partibus enuntiationis sive de subjecto et praedicato eorumque complementis.

500. Quaevis enuntiatio, جُمْلَةٌ, *aggregatum* (verborum), *summa*, necessario duabus ex partibus constat, subjecto et praedicato. Hoc ab Arabibus مُسْنَدٌ, *attributum* (pr. das Gestützte), illud مُسْنَدٌ إِلَيْهِ, *id, cui attributum est* (pr. das, worauf gestützt ist), et ipsa subjecti et praedicati relatio إِسْنَادٌ, *actio attribuendi* (pr. die Handlung des Stützens) vocatur.

501. Subjectum aut nomen est (nomen substantivum vel pronomen), aut pronomen verbo contentum; praedicatum aut nomine (adjectivo vel substantivo) aut verbo exprimitur, ut زَيْدٌ عَالِمٌ *Zeidus sapiens est*, أَنْتَ شَرِيفٌ *tu nobilis es*, اَللّٰهُ هُوَ ٱلْحَقُّ *Deus veritas est*, مَاتَ زَيْدٌ *Zeidus mortuus est*, مَاتَ *mortuus est*. Enuntiatio, cujus subjectum et praedicatum nomina sunt, جُمْلَةٌ ٱسْمِيَّةٌ, *enuntiatio nominalis*, enuntiatio cujus vel praedicatum vel praedicatum et subjectum verbo exprimuntur, جُمْلَةٌ فِعْلِيَّةٌ, *enuntiatio verbalis*, a grammaticis Arabicis vocatur. Ab iisdem subjectum et praedicatum enuntiationis nominalis اَلْمُبْتَدَأُ *id, quo incipitur*, *inchoativus*, et اَلْخَبَرُ, *enuntiativus*, subjectum et praedicatum enuntiationis verbalis اَلْفَاعِلُ, *agens*, et اَلْفِعْلُ, *verbum*, appellatur.

502. Subjecti enuntiationis tam nominalis quam verbalis vice interdum tota enuntiatio fungitur ex verbo et aliqua particula ex numero particularum, quae مَصْدَرِيَّةٌ (*vice nominis verbi*, مَصْدَرٌ, *fungentes*) dicuntur, composita, ut أَنْ تَصُومُوا خَيْرٌ لَكُمْ *quod jejunatis, vobis prodest* (أَنْ تَصُومُوا = اَلصَّوْمُ *jejunium*), أَعْجَبَنِي أَنْ خَرَجْتَ *placuit mihi, quod exiisti* (أَنْ خَرَجْتَ = خُرُوجُكَ *exitus tuus*.

503. Praedicatum etiam praepositio esse potest cum genitivo suo, ut زَيْدٌ فِي ٱلْمَسْجِدِ *Zeidus est in templo*, زَيْدٌ عِنْدَكَ *Zeidus est apud te*, نَحْنُ لِلّٰهِ *nos sumus Dei*, أَنَا مِنَ ٱلصَّادِقِينَ *ego sum ex hominibus veracibus*, عَلَيَّ دَيْنٌ *super me est* (mihi incumbit) *debitum*, لَكَ أَنْ تَفْعَلَهُ *licet tibi illud facere*. Quas enuntiationes tam ad nominales quam ad verbales referre licet. Ad illas ubi referuntur, verbum supplendum est, ut يَكُونُ; his ubi adnumerantur, nomen agentis, ut كَائِنٌ, حَاصِلٌ, *versans*, vel aliud nomen, ut بَعْضٌ, *pars*, *portio* subintelligendum est. Arabes enuntiationem, cujus praedicatum praepositio est locum significans cum genitivo suo, جُمْلَةٌ ظَرْفِيَّةٌ, *enuntiationem localem* (enuntiationem, in qua, subjectum aliquo in loco versari, exprimitur), enuntiationem, cujus praedicatum praepositio est cum genitivo suo alias rationes quam locales exprimens, جُمْلَةٌ جَارِيَةٌ مَجْرَى ٱلظَّرْفِيَّةِ, *enuntiationem ad normam enuntiationis localis formatam*, vocant.

504. Praedicatum subjecti ex أَنْ et verbo finito compositi (§ 502), ubi praepositio cum genitivo est, subjecto suo necessario praeponitur, ut لَكَ أَنْ تَفْعَلَهُ non أَنْ تَفْعَلَهُ لَكَ.

505. Ubi enuntiationem nominalem particula interrogativa vel negativa praecedit, praedicatum subjecto, si cum eo quoad numerum concordat, praemittitur, ut أَقِيَامٌ ٱلرِّجَالُ *stantesne sunt viri illi?* مَا قَائِمَانِ ٱلرَّجُلَانِ *non sunt*

stantes duo viri illi. Ubi vero praedicatum post particulam interrogativam vel negativam subjecto praemissum quoad numerum ab eo differt, ab Arabibus pro verbo et subjectum pro agente habetur, ut أَقَآئِمٌ ٱلرِّجَالُ *stantne viri illi?* مَا قَآئِمٌ ٱلرَّجُلَانِ *non stant viri illi* (pr. stansne etc.? non stans etc.).

506. In enuntiationibus verbalibus subjectum (agens) praedicato (verbo) semper postponendum est, ut مَاتَ عُمَرُ *'Omar mortuus est*, عُمَرُ مَاتَ أَبُوهُ *pater 'Omari mortuus est.*

507. Ubi nomen (nomen substantivum vel pronomen) primo, verbum secundo loco collocatum est, illud non agens, sed inchoativus, hoc non verbum, sed enuntiativus et enuntiatio non verbalis, sed nominalis est; quae, ex inchoativo et integra enuntiatione, verbali, cujus agens ipsa verbi forma continetur, constans, enuntiatio composita dici potest, ut زَيْدٌ مَاتَ *Zeidus, mortuus est*, Seid, er ist gestorben (مَاتَ = مَاتَ هُوَ), أَنَا قُلْتُ *ego, dixi*, ich, ich habe gesagt (agens est τὸ تُ τοῦ قُلْتُ). In ejusmodi enuntiationibus pronomen verbo contentum nominis vel pronominis enuntiationem compositam incipientis ejusque inchoativi vice fungentis locum tenet atque ad id referendum est.

508. Compositae sunt eae quoque enuntiationes, quae ex nomine et enuntiatione vel verbali ex verbo et nomine verbum sequente compositâ, vel nominali constant, ut زَيْدٌ مَاتَ ٱبْنُهُ *Zeidus, mortuus est filius ejus*, زَيْدٌ قُتِلَ أَخُوهُ *Zeidus, occisus est filius ejus* زَيْدٌ جِىءَ إِلَيْهِ بِكِتَابٍ *Zeidus, ventum est ad eum cum libro* (allatus ei est liber), زَيْدٌ ٱبْنُهُ حَسَنٌ *Zeidus filius ejus pulcher est.* Quo in enuntiationum compositarum genere subjecto enuntiationis verbalis vel nominalis enuntiativi vice fungentis pronomen suffigitur locum nominis, quod enuntiationem compositam incipit ejusque inchoativus est, tenens atque ad id referendum.

509. Ubi enuntiatio ex adjectivo verbali primo et nomine secundo loco posito constat, illud verbum hujus, hoc

agens illius et enuntiatio verbalis est, ut زَيْدٌ ضَارِبٌ غُلَامُهُ *puer Zeidi percutiens* (est, percutit), جَآءَنِى زَيْدٌ ٱلْحَسَنُ غُلَامُهُ *venit ad me Zeidus, cujus puer pulcher est,* مَا قَآئِمٌ ٱلرَّجُلَانِ *non stant duo viri illi,* أَقَآئِمٌ ٱلرِّجَالُ *stantne viri illi?* Quodsi vero particulam negativam vel interrogativam adjectivum verbale et nomen in singulari posita sequuntur, enuntiatio nominalis aeque ac verbalis esse potest, quum post particulas negativas et interrogativas enuntiativus enuntiationis nominalis haud raro inchoativo ejus praeponatur; cf. § 504.

510. Verbo abstracto in enuntiationibus nominalibus praedicatum cum subjecto copulanti lingua Arabica omnino caret. Nam verbum كَانَ non abstractum est, sed, ut reliqua verba, attributivum, notionem existendi subjecto attribuens. Quo etiam fit, ut praedicatum non in nominativo, sed in accusativo adverbiali (id exprimenti tanquam quid aliquid existit) positum sibi subjungat; vid. § 424 *).

511. Ubi substantivum (nomen vel pronomen) definitum (quocunque tandem modo definitum sit) et adjectivum indefinitum juxta se posita sunt, eo ipso, quod illud definitum, hoc indefinitum est, illud subjectum hujus, hoc praedicatum illius esse amboque junctim enuntiationem nominalem integram formare, indicatur, quum adjectivum, quod cum substantivo partem tantum eandemque partem enuntiationis efficit, ubi substantivum definitum est, et ipsum definitum esse debet, ut يُوسُفُ مَرِيضٌ *Josephus aegrotus* (est), اَلسُّلْطَانُ مَرِيضٌ *Sultânus aegrotus* (est), أَبُو يُوسُفَ مَرِيضٌ *pater Josephi aegrotus* (est), أَبِى مَرِيضٌ *pater meus aegrotus* (est), هُوَ مَرِيضٌ *ille aegrotus* (est), هٰذَا خَيْرٌ *hoc bonum est.*

512. Ubi utrumque, subjectum et praedicatum, definitum est, inter illud et hoc, ne pro parte tantum enuntiationis habeantur, pronomen tertiae personae inseritur, ibi adeo, ubi

---

*) Idem cadit in verba verbo كَانَ cognata; vid. § 425.

subjectum pronomen primae vel secundae personae est, ut ٱللَّهُ هُوَ ٱلْحَىُّ ٱلْقَيُّومُ *Deus est vivus, per se subsistens,* ٱللَّهُ هُوَ ٱلْحَيٰوةُ وَٱلْحَقّ *Deus est vita et veritas,* ٱلْغِنَى هُوَ ٱلْقُنُوعُ *divitiae sunt animus contentus,* أُولَٰئِكَ هُمْ وُقُودُ ٱلنَّارِ *illi sunt alimentum ignis,* ذَٰلِكَ ٱلرَّجُلُ هُوَ أَنَا *hic vir ego sum,* أَنَا هُوَ ٱلرَّبُّ إِلٰهُكَ *ego sum dominus deus tuus,* أَنَا هُوَ ٱلطَّرِيقُ وَٱلْحَقُّ وَٱلْحَيٰوةُ *ego sum via, vita et veritas,* مَنْ هُوَ أَنَا *quis sum ego?* Arabes pronomen tertiae personae inter subjectum et praedicatum insertum ضَمِيرُ ٱلْفَصْلِ, *pronomen separationis,* vocant.

513. Ubi subjectum definitum a particulis أَنَّ, إِنَّ et similibus pendet in accusativo positum (cf. § 419), non necesse est, ut inter id atque praedicatum aliquid intercedat, quum hoc eo, quod in nominativo positum manet, ab illo jam satis diremtum sit, ut إِنَّ ٱللَّهَ ثَالِثُ ثَلٰثَةٍ *Deus est tertius trium,* إِنَّ ٱللَّهَ لَذُو فَضْلٍ عَلَى ٱلنَّاسِ *Deus est benignus in homines.* Potest tamen, ubi subjectum definitum post إِنَّ etc. in accusativo positum est, pronomen inter id et praedicatum inseri; quod pronomen, ubi subjectum pronomen primae vel secundae personae est, et ipsum primae vel secundae personae pronomen esse debet, ut إِنَّ ٱللَّهَ لَهُوَ ٱلْعَزِيزُ ٱلْحَكِيمُ *Deus est fortis, sapiens,* إِنَّ ٱلْآخِرَةَ هِىَ دَارُ ٱلْقَرَارِ *vita futura est domus mansionis aeternae,* إِنَّكَ أَنْتَ ٱلْوَهَّابُ *tu es liberalis,* إِنَّا نَحْنُ نَرِثُ ٱلْأَرْضَ *nos terram ut haereditatem occupabimus,* إِنِّى أَنَا رَبُّكَ *ego sum dominus tuus.* Arabes subjectum enuntiationis nominalis ab إِنَّ etc. pendens non مُبْتَدَأٌ, sed ٱسْمُ إِنَّ etc., *nomen* إِنَّ etc., vocant.

514. Ubi subjectum aeque ac praedicatum enuntiationis nominalis indefinitum est illudque plures voces complectitur, nulla oriri potest dubitatio, utrum verba integram enuntiationem efficiant, an partem tantum enuntiationis, quum subjectum

cum vocibus sibi additis hanc jam efficiat ideoque cum voce his vocibus a se discreta eam nullo modo efficere possit, ut قَوْلٌ مَعْرُوفٌ وَمَغْفِرَةٌ خَيْرٌ مِنْ صَدَقَةٍ يَتْبَعُهَا أَذًى *verba benigna et venia meliora sunt eleeomosynâ, quam sequitur vexatio*, أَمَةٌ مُؤْمِنَةٌ خَيْرٌ مِنْ مُشْرِكَةٍ وَلَوْ أَعْجَبَتْكُمْ *serva fidelis praeferenda est servae plures deos colenti, etiamsi haec vobis placet* (magis placet quam illa).

515. Utrumque, subjectum et praedicatum, ex una voce indefinita constare non potest ex sententia grammaticorum Arabicorum; qui subjectum indefinitum esse non posse perhibent, nisi 1) ubi enuntiatio localis, ظَرْفِيَّةٌ (vid. § 503), et subjectum praedicato postpositum est, ut فِي ٱلْمَسْجِدِ حِمَارٌ *in templo asinus est*; 2) ubi enuntiatio localis est et subjecto particula interrogativa praecedit, ut هَلْ إِنْسَانٌ فِي ٱلدَّارِ *estne vir in domo;* 3) ubi enuntiatio localis est et subjecto adverbium negativum praemissum est, ut مَا أَحَدٌ فِي ٱلدَّارِ *nemo est in domo;* 4) ubi subjecto adverbium affirmativum لَ praemissum est; 5) ubi subjectum deminutivum est, quum deminutiva, praeter notionem nominis notionem adjectivi صَغِيرٌ *parvus* continentia, duabus ex vocibus constent eamque ob rem aliquid definiti habeant; 6) ubi subjectum nomen significationis generalis est, ut كُلٌّ, ut كُلٌّ فَانٍ *omnes periunt* (كُلٌّ pr. definitum est, quia genitivum definitum, اَلنَّاسِ, *hominum*, includit: universitas hominum mortalis est, omnes homines mortales sunt, cf. § 466, 1)); 7) ubi enuntiatio votum exprimit, ut سَلَامٌ عَلَيْكُمْ *salus sit super vos!;* 8) ubi subjectum vocabulum est, in quo notio particulae إِنْ latet, ut مَنْ *quincunque* etc. (vid. § 390). Quibus in enuntiationum generibus omnibus nulla potest esse dubitatio, quin verba integram enuntiationem, non partem tantum enuntiationis efficiant.

516. Leguntur tamen loci, in quibus et subjectum et praedicatum ex una voce indefinita constant, ut فَصَبْرٌ جَمِيلٌ *patienter ferre igitur decorum est.* Quos locos Arabes ita

explicant, ut in iis unam tantum duarum, ex quibus enuntiationes constant, partium, aut solum praedicatum, aut solum subjectum, indicatum, alteram vero, aut subjectum, aut praedicatum, omissam esse dicant, ita, ut v. c. فَصَبْرٌ جَمِيلٌ ex eorum sententia elliptice positum sit aut pro فَأَمْرِى صَبْرٌ جَمِيلٌ *officium igitur meum est patientia perfecta*, aut pro فَصَبْرٌ جَمِيلٌ أَجْمَلُ *patientia igitur perfecta magis decet.* Verum talibus in enuntiationibus subjectum grammatice tantum indefinitum, logice vero definitum est, ita ut v. c. فَصَبْرٌ جَمِيلٌ idem sit quod: أَمَّا صَبْرٌ فَهٰذَا ٱلْمَعْنَى جَمِيلٌ *quod patientiam attinet, ea res decora est.*

517. Ubi subjectum et praedicatum definitum est illudque ex pluribus vocibus constat, etiam non inserto pronomine separationis verba enuntiationem integram efficere, clarum est, ut اَلدِّينُ عِنْدَ ٱللَّهِ ٱلْإِسْلَامُ *religio apud deum est Islâmus*, مَثَلُ ٱلَّذِينَ يُنْفِقُونَ أَمْوَالَهُمْ فِي سَبِيلِ ٱللَّهِ كَمَثَلِ حَبَّةٍ أَنْبَتَتْ سَبْعَ سَنَابِلَ *ii, qui opes suas in gratiam Dei erogant, baccae similes sunt, quae septem aristas profert.*

518. Non inseritur pronomen separationis haud raro etiam iis in enuntiationibus, in quibus utrumque, subjectum et praedicatum, definitum est atque illud ex una voce tantum constat. Quod ubi fit, integram enuntiationem, non alteram tantum enuntiationis partem subjectum, a nobis legi, ex contextu orationis cognoscimus, inde scilicet, quod post verba, quae utrum sint integra enuntiatio, an tantum subjectum ejus dubitari possit, alia sequuntur verba, quae cum iis in unam enuntiationem (ut eorum attributum) conjungi nequeunt, sed novam constituunt enuntiationem, ut مُحَمَّدٌ رَسُولُ ٱللَّهِ *Muhammedes est legatus Dei*, عَلِيٌّ وَلِيُّ ٱللَّهِ *'Ali est amicus Dei*, ذَٰلِكَ ٱلْفَوْزُ ٱلْعَظِيمُ *haec* est *felicitas* illa *magna* (Sur. 9, v. 73; v. 90 legitur ذَٰلِكَ ٱلْفَوْزُ هُوَ ٱلْعَظِيمُ). In اَلْمَصْلَحَةُ ٱلتَّغَافُلُ *utilissimum* est *negligere* et similibus,

quin integram enuntiationem habeamus, dubitare non possumus, quia duo vocabula per se inter se discrepant.

519. A pronomine separationis, ضَمِيرُ ٱلْفَصْلِ, probe distinguendum est pronomen subjecto confirmando aliique subjecto opponendo inserviens, ضَمِيرُ ٱلتَّأْكِيدِ, ut كَانَ هٰذَا هُوَ ٱلسَّبَبَ *fuit hoc caussa* illius rei, كَانَ ٱلْمُسْلِمُونَ هُمُ ٱلْجُنْدَ *erant Moslemi exercitus* (exercitus non ex servis et mercenariis constabat, sed ex Moslemis liberis). Quod pronomen haud raro etiam pronomini suffixo, ut id confirmet, additum legitur, ut كَانَ رَأْيُهُ هُوَ أَلَّا يَتَنَاوَلَ أَحَدٌ شَيْئًا *ipsius sententia erat, nihil quemquam sumere debere*, أَيْنَ نَصِيبِي أَنَا *ubinam est mea pars?* لِمَنْ هٰذَا ٱلْكِتَابُ لَنَا نَحْنُ *cujusnam est hic liber? nostri.*

520. Ubi temporis modive distinctior denotatio necessaria est, Arabes loco subjecti et praedicati simpliciter nulla voce intercedente juxta se positorum vel pronomine separationis inserto a se discretorum verbo كَانَ ejusque sororibus (vid. § 425) utuntur. Quod ubi fit, perf. كَانَ aliquid fuisse, imperf. يَكُونُ aliquid futurum esse indicat. Praesens perfecto كَانَ inprimis post particulam negativam مَا et post particulas interrogativas denotatur, ut مَا كَانَ حَدِيثًا يُفْتَرَى وَلٰكِنْ تَصْدِيقَ ٱلَّذِى بَيْنَ يَدَيْهِ *non est ea historia, quae commentitia sit, sed confirmatio ejus, quod praecessit*, مَا كَانَ لَهُ أَنْ *non est ejus, ut* etc., i. e. ei non licet, non fas est, ut etc., مَا كَانَ هُوَ لِ *non est is, qui* etc. (cf. § 392, 5) Adnot.), أَكَانَ لِلنَّاسِ عَجَبًا أَنْ أَوْحَيْنَا إِلَى رَجُلٍ مِنْهُمْ *estne hominibus mirum, quod cuidam ex iis nos (aliquid) revelavimus?* haud raro tamen etiam aliis in enuntiationibus, ut إِنَّ ٱللّٰهَ كَانَ عَلَيْكُمْ رَقِيبًا *nam Deus est observator verstrum* (Sur. 4, 1), ubi كَانَ minime eo consilio additum est, ut accusativo praedicati rythmus finalis efficiatur, quum is etiam efficiatur nominativo, cf. Sur. 4, 16. 18. 30 etc.

521. Subjectum enuntiationis, sive persona sit, sive res, haud raro indefinitum est. — Persona indefinita subjectum est enuntiationis, ubi is, qui loquitur, personam, quae ejus subjectum est, aut accuratius non novit, aut nominare non vult. — Tertiâ personâ singularis verbi Arabes ad subjectum personale incertum denotandum non utuntur. Id enim ex rei natura fieri non potest, sed in talibus subjectum est nomen agentis ex verbo repetendum cum articulo definito, ut قَالَ ٱلْقَآئِلُ *dixit aliquis*; cf. hebraica יִפֹּל הַנֹּפֵל *cadit aliquis* et יִרְאֶה הָרֹאֶה *conspicit aliquis* Deut. 22, 8. Jes. 28, 4. Ubi persona, quam accuratius non novimus, ex numero personarum nobis notarum est, ad has personas indicandas nomini agentis pronomen suffixum adjicitur, ut قَالَ قَآئِلُهُمْ *dixit aliquis ex iis.* Interdum etiam subjecto personali incerto denotando vocabula رَجُلٌ *vir*, اِمْرَأَةٌ *femina* et similia tertiae personae singularis addita inserviunt. Ubi plura subjecta personalia incerta indicanda sunt, Arabes tertiam personam pluralis verbi adhibere quidem possunt, ut قَالُوا *dicunt*, زَعَمُوا *putant*, verum haud ita saepe adhibent, sed multo saepius singulari verbi ut ejus subjectum pluralem nominis agentis ex verbo repetiti addunt, ut قَالَ قَآئِلُونَ *dixerunt aliqui*, مَا سَمِعَ ٱلسَّامِعُونَ قَطُّ شَيْءًا أَحْسَنَ مِنْ ذَلِكَ *nunquam audiverunt audientes rem hâc pulcriorem* (nie haben die, welche je dergleichen gehört haben, u. s. w., nie hat man u. s. w.).

522. De re indeterminata ut subjecto enuntiationis haec tenenda sunt. — Saepissime res indeterminata subjectum enuntiationis est in passivis, sive a verbis transitivis derivata sint, sive a verbis intransitivis, ut قِيلَ *dictum est* (man hat erzählt), سِيرَ *itum est* (man ist gereist), أُخْتُلِفَ *disceptatum est*, يُظْمَأُ *sitis sentitur* (pr. sititur), أُنْزِلَ عَلَيْهِ *demissum est super eum*, i. e. revelatum est ei de coelo, غُشِيَ عَلَيْهِ *tectum est super eum*, i. e. deliquium animi passus est.

اَلْمَغْشِيُّ عَلَيْهِ et اَلْمَغْشِيُّ عَلَيْهَا (serius falso اَلْمَغْشِيَّةُ عَلَيْهَا) *vir, femina, qui, quae animi deliquium passus, a est* (pr. tectum super eum, eam). — In verbis, quae actionem, cujus caussa, auctor ignoratur, exprimunt ideoque necessario subjectum incertum in se continent, ut ثَلَجَ *ninxit,* مَطَرَ *pluit,* شَتَا *hiemavit,* subjectum substantivum est ex iis ipsis repetendum, ita ut ثَلَجَ sit = ثَلَجَ ٱلثَّلْجُ *ninxit nix,* مَطَرَ = مَطَرَ ٱلْمَطَرُ *pluit pluvia,* شَتَا = شَتَا ٱلشِّتَآءُ *hiemavit hiems.* — Quod attinet ad genus rei incertae, quae subjectum enuntiationis est, plerumque masculinum est, ut in verbis allatis omnibus et in يَجُوزُ *licet* et similibus. Quod genus in universum ab Arabibus saepissime adhibetur, ubi nos neutrum nostrum ponimus. Adjectiva tamen et participia neutra pluralia semper per femininum aut pluralem fractum redduntur, ut اَلْحَسَنَاتُ (non اَلْحِسَانُ) *pulcra,* اَلطَّيِّبَاتُ (non اَلطَّيِّبُونَ) *bona,* اَلْمَوْجُودَاتُ *exsistentia,* اَلْوَاجِبَاتُ *necessaria,* اَلْمُمْكِنَاتُ *possibilia,* اَلشَّدَآئِدُ *gravia, adversa,* اَلْبَوَاعِثُ *caussae moventes,* اَلْمَوَانِعُ *impedimenta* (ab اَلْبَاعِثُ et اَلْمَانِعُ).

523. Complementa subjecto et praedicato vel subjunctione (accusativus, praepositio cum genitivo, genitivus), vel appositione adjiciuntur.

524. Pronomen suffixum, ubi ad accusativum vel praepositionem cum genitivo verbo enuntiationis verbalis subjuncta accedit, ad subjectum verbi (agentem) referri et vim pronominis reflexivi, quod Arabes proprio vocabulo non exprimunt, accipere potest, ut أَنْفَقَ مَالَهُ *erogavit opes suas,* قَالُوا لِإِخْوَانِهِمْ *dixerunt fratribus suis.* Suffixum vero, quod verbo nulla voce intercedente in accusativo subjunctum est, vim reflexivam habere non potest, verum, ut accipiat, accusativo vocis نَفْسٌ *anima* (in lingua vulgari etiam accusativis vocum رُوحٌ, ذَاتٌ, حَالٌ, عَيْنٌ) adjiciendum est, ut

قَتَلَ نَفْسَهُ *interfecit se ipsum* (non قَتَلَهُ, quod esset *interfecit eum*), قَالَ لِنَفْسِهِ *dixit sibimet ipsi* (قَالَ لَهُ dici, usus non patitur). Quamquam suffixum, ubi prior accusativus verbi cordis duplicem accusativum regentis est (vid. § 407), posterior sive accusativus nominis, sive integra enuntiatio sit vice accusativi fungens, vim reflexivam habere potest, ut خَالَهُ مُصَابًا *putat, se percussum esse*, أَرَانِي أَعْصِرُ خَمْرًا *videbam me* (videbar mihi in somnio) *exprimere vinum*.

525. Quod attinet ad complementa subjecto et praedicato **apposita**, quae ab Arabibus تَوَابِعُ, *sequentia*, appellantur — subjectum vel praedicatum, cui apposita sunt, اَلْمَتْبُوعُ, *vocem, quam vocabulum aliquod appositum sequitur*, vocant — plerumque nomini, rarius verbo apponuntur. — Nomini appositione annecti solent adjectiva maxime et pronomina. Illa, quorum locum interdum substantivum tenet, ut in جَارِيَةٌ بِكْرٌ *puella virgo*, quibusque novum adjectivum apponi potest, ut in اَلْكَوْكَبُ ٱلنَّيِّرُ ٱلْأَحْمَرُ *stella fulgens rubra*, nomini semper postponuntur, ubi nomen articulo vel genitivo definitum est, et ipsa articulo definita; pronomina autem demonstrativa ذَا, هٰذَا, ذٰلِكَ, ذَاكَ nomini modo praeponuntur, modo postponuntur. Praeponuntur, ubi nomen articulo, postponuntur, ubi vel per se ipsum, vel genitivo annexo definitum est, ut هٰذَا ٱلْمَلِكُ *hic rex*, ذٰلِكَ ٱلْوَجْهُ ٱلْقَبِيحُ *illa facies deformis*, زَيْدٌ هٰذَا *hic Zeidus* (هٰذَا زَيْدٌ dici non potest; contra dici potest utrumque, et هٰذَا ٱلْحَرْثُ et اَلْحَرْثُ هٰذَا *hic Haretus*), إِذَنْ هٰذِهِ *hoc* (vocab.) *idan*, اَلْمَشْهُورُ فِي ٱلنَّحْوِ أَنَّ إِلَى هٰذِهِ بِمَعْنَى مَعَ *notum est in grammatica, hoc ila sensum habere vocis maá* (vid. § 462 Adnot.), عِبَادِي هٰؤُلَاءِ *hi servi mei*, إِلَى وَقْتِنَا هٰذَا *usque ad hoc tempus nostrum*, كِتَابُهُ هٰذَا ٱلْجَلِيلُ *hic liber ejus clarus*. In دَعَوْتُكَ لِتَرْفَعَ هٰذِهِ جُرْزَةَ ٱلْحَطَبِ ; هٰذِهِ نَاقَةُ ٱللّٰهِ لَكُمْ آيَةً

et similibus هٰذِهِ non est نَعْتٌ sive صِفَةٌ, *terminus qualificativus*, vocum sequentium: *vocari te, ut fascem hunc lignorum superimponeres humero meo; haec camela Dei vobis signum est*, hoc enim non esset arabicum, sed جُرْزَةَ ٱلْحَطَبِ et نَاقَةُ ٱللّٰهِ *termini permutativi* (بَدَلٌ) sunt vocis هٰذِهِ: *vocari te, ut hoc, fascem lignorum* etc., *hoc, camela Dei* etc.

526. كُلٌّ, جَمِيعٌ et عَامَّةٌ, *universitas*, saepe nomini determinato, cui ut substantiva in statu constructo praeponenda erant, cum genitivo suffixi nomen antecedens repetentis atque ad id referendi apposita annectuntur (vid. § 466, 1) et 2)), ut اَلنَّاسُ كُلُّهُمْ et اَلنَّاسُ جَمِيعُهُمْ (pro جَمِيعُهُمْ etiam جَمِيعًا poni potest, vid. § 466, 2)) *omnes homines*, اَلْجَيْشُ عَامَّتُهُ *exercitus universus*. Ubi vero nomen indeterminatum est, كُلٌّ etc. cum suff. postponi nequeunt, quum suffixum, naturâ sua definitum, ut nomen, ad quod refertur, definitum sit, poscat. Quamquam كُلٌّ ejusque synonyma etiam nominibus indeterminatis postponi possunt, ubi ea certa temporis spatia denotant, ut سَنَةٌ كُلُّهَا *annus* (unus) *totus*, شَهْرٌ كُلُّهُ *mensis* (unus) *totus* (quasi سَنَةٌ وَتِلْكَ ٱلسَّنَةُ كُلُّهَا); nominibus autem tempus certis limitibus haud circumscriptum denotantibus, ut وَقْتٌ *tempus*, مُدَّةٌ *temporis spatium*, كُلٌّ etc. cum suff. postponi non possunt. — كُلٌّ et suffixo nomini appositis interdum insuper alia vox genus et numerum nominis, ad quod suffixum vocis كُلٌّ refertur, sequens apponitur: أَجْمَعُ, fem. sing. جَمْعَآءُ, masc. pl. أَجْمَعُونَ, fem. pl. جُمَعُ (dual. masc. et fem. generis أَجْمَعَانِ et جَمْعَوَانِ non usurpatur), ut فَسَجَدَ ٱلْمَلَآئِكَةُ كُلُّهُمْ أَجْمَعُونَ *tum adoraverunt angeli omnes* (nullo excepto). Interdum solum أَجْمَعُ nomini apponitur, ut لَأُغْوِيَنَّهُمْ أَجْمَعِينَ *profecto eos seducam omnes*.

527. Ut كُلٌّ ejusque synonyma, ita etiam كِلَانِ, fem. كِلْتَانِ (de quibus vid. § 466 Adnot. c.), نِصْفٌ *dimidia pars*

et بَعْضٌ *pars*, *nonnulli* cum suff. nominibus apponuntur, ut إِنَّ ٱلْمُعَلِّمَ وَٱلطَّبِيبَ كِلَيْهِمَا *uterque, magister et medicus*, ٱلْجَيْشُ نِصْفُهُ *dimidius exercitus*, جَآءَنِي ٱلْقَوْمُ بَعْضُهُمْ *venit ad me populus, pars ejus* (pars populi).

528. نَفْسٌ *anima* et عَيْنٌ *oculus* (praestantissima rei pars, ipsa rei essentia) saepe, ut hebr. עֶצֶם *os, corpus* et גֶּרֶם *os* 2 Regg. 9, 13 vim latini ipse habent. Qua vi haud raro nominibus in genitivo collocatis in statu constructo praeposita, ut عَيْنُ ٱلْكَوْكَبِ *ipsa stella*, رَأَيْتُ نَفْسَهُ *vidi ipsummet*, إِزَالَةُ ٱلْجَهْلِ عَنْ نَفْسِهِ *remotio ignorantiae a se ipso*, plerumque nominibus articulo vel alia ratione determinatis cum suffixis nomen antecedens repetentibus atque ad id referendis apponuntur. Quod ubi fit, casu et numero cum nomine, cui apposita sunt, concordant. Forma pluralis, ubi نَفْسٌ et عَيْنٌ nominibus vi latini *ipse* apponuntur, adhibita paene semper أَنْفُسٌ et أَعْيُنٌ est; quae ibi quoque usurpatur, ubi nomen antecedens in duali positum est, ut جَآءَ زَيْدٌ نَفْسُهُ *Zeidus ipse venit*, جَآءَتْ زَيْنَبُ نَفْسُهَا *Zeinab ipsa venit*, رَأَيْتُ ٱلْأَمِيرَيْنِ أَنْفُسَهُمَا *vidi duos Emiros ipsos*, مَرَرْتُ بِٱلْمَرْيَمَيْنِ أَنْفُسِهِمَا *praeterii duas Marias ipsas*, قَتَلَهُ ٱلْوُزَرَآءُ أَنْفُسُهُمْ *Vesiri ipsi eum interfecerunt.* Haud raro نَفْسٌ et عَيْنٌ cum suffixis nominibus ope praepositionis بِ subjunguntur, ut وَٱلْآنَ يَخْتَارُونَ بِأَنْفُسِهِمْ *nunc vero ipsi eligunt*, اَلْهَوَانُ بِعَيْنِهِ *-ipsissima* (summa) *vilitas*, اَلْكَوَاكِبُ بِأَعْيَانِهَا *stellae ipsae.* عَيْنٌ interdum etiam in accusativo adverbiali sine suffixo positum subjungitur, ut هُوَ هُوَ عَيْنًا *is ille ipse est*, quod etiam per هُوَ هُوَ بِعَيْنٍ exprimitur. Ubi نَفْسٌ et عَيْنٌ cum suffixo pronomini suffixo apponuntur, hoc inter et ipsa pronomen separatum inseri potest, ut رَأَيْتُكَ إِيَّاكَ نَفْسَكَ vel رَأَيْتُكَ أَنْتَ نَفْسَكَ *vidi te ipsum*, مَرَرْتُ بِكَ أَنْتَ نَفْسَكَ *praeterii te ipsum* (cf. § 519). Ubi نَفْسٌ

et عَيْنٌ pronomini in verbo contento apponuntur, necessario inter ipsa et verbum pronomen separatum interponendum est, ut قُومُوا أَنْتُمْ أَنْفُسُكُمْ *tu ipse surrexisti*, قُمْتَ أَنْتَ نَفْسُكَ *surgite vos ipsi*, non قُومُوا أَنْفُسُكُمْ ,قُمْتَ نَفْسُكَ .

Adnot. Nomina نِصْفٌ ,كِلَانِ ,أَجْمَعُ ,عَامَّةٌ ,جَمِيعٌ ,كُلٌّ, بَعْضٌ ; نَفْسٌ ,عَيْنٌ nominibus apposita id genus τῶν اَلتَّوَابِعُ efficiunt, quod ab Arabibus اَلتَّأْكِيدُ, *corroboratio*, et اَلْمُؤَكِّدُ, *corroborans*, terminus *corroborativus* appellatur. — Arabes praeter hoc genus τῶν اَلتَّوَابِعُ alia tria genera eorundem enumerant. — Primum est اَلنَّعْتُ sive اَلصِّفَةُ, *vox qualitatem indicans*, terminus *qualificativus*, *adjectivum*, ut جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ *venit ad me vir pulcher*. Ubi adjectivum inter duo nomina positum est, ut in جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ أَخُوهُ *venit ad me vir, cujus frater pulcher est*, adjectivum ad substantivum postpositum pertinet atque una cum eo صِفَةٌ substantivi praepositi est. Arabes omne adjectivum agens pronominale continere perhibent atque hanc ob rem adjectivum شِبْهُ ٱلْفِعْلِ, *simile verbi*, vocant, ita ut جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ sit = جَآءَنِي رَجُلٌ حَسَنٌ هُوَ idque = جَآءَنِي رَجُلٌ يَحْسُنُ هُوَ. — Secundum τῶν اَلتَّوَابِعُ genus est اَلْبَدَلُ terminus *permutativus*. Cujus quatuor classes sunt 1. بَدَلُ ٱلْكُلِّ مِنَ ٱلْكُلِّ, *permutativus totius pro toto*, ut جَآءَنِي عُمَرُ أَخُوكَ *venit ad me 'Omar frater tuus*, جَآءَنِي قَوْمُ ٱلْمَدِينَةِ كُبَرَآؤُهُمْ وَصُعَفَآؤُهُمْ *venit ad me populus urbis, magni et parvi*, جَآءَنِي ٱلْقَوْمُ كُلُّهُ *venit ad me populus totus*; 2. بَدَلُ ٱلْبَعْضِ مِنَ ٱلْكُلِّ, *permutativus partis pro toto*, ut جَآءَنِي ٱلْقَوْمُ بَعْضُهُمْ *venit ad me populus, pars eorum* (pars populi), جَآءَنِي ٱلْجَيْشُ نِصْفُهُ *venit ad me exercitus, dimidium ejus* (dimidium exercitus); 3. بَدَلُ ٱلْإِشْتِمَالِ, *permutativus comprehensionis*, i. e. permutativus, qui vel qualitatem vel circum-

stantiam voce antecedente comprehensam indicat, ut أَعْجَبَنِي زَيْدٌ حُسْنُهُ *admiratione me affecit Zeid, pulchritudo ejus,* وَذَكَرْتَ تَفْتُكَ بَرْدَ مَآئِهَا *meminit* (loci) *Teftuk, frigiditatis aquae ejus*, vel notionem qualitatis vel circumstantiae voci antecedenti adhaerentem menti suggerit, ut أَعْجَبَنِي زَيْدٌ ثَوْبُهُ *admiratione me affecit Zeid, vestis ejus,* يَسْـَٔلُونَكَ عَنِ ٱلشَّهْرِ ٱلْحَرَامِ قِتَالٍ فِيهِ *interrogabunt te de mense sacro, de pugna in eo;* 4. بَدَلُ ٱلْغَلَطِ, *permutativus erroris*, ut مَرَرْتُ بِكَلْبٍ فَرَسٍ *praeterivi canem*, (erravi, dicere volo) *equum*. — Tertium denique genus *τῶν* اَلتَّوَابِعُ est عَطْفُ ٱلْبَيَانِ, *terminus conjunctivus explicationis*, ut جَآءَنِي أَخُوكَ زَيْدٌ *venit ad me frater tuus, Zeid.* Arabes vocem, cui مُوَكِّدٌ, نَعْتٌ sive صِفَةٌ, بَدَلٌ et عَطْفٌ لِلْبَيَانِ appositus est, مُوَكَّدٌ, *corroboratum,* مَوْصُوفٌ sive مَنْعُوتٌ, *qualificatum,* مُبْدَلٌ مِنْهُ, *permutatum* et مَعْطُوفٌ عَلَيْهِ, *id, ad quod terminus conjunctivus refertur,* vocant.

529. Potest etiam integra enuntiatio (contracta) apponi, ut تَقَاتَلُوا بَعْضُهُمْ لِبَعْضٍ *oppugnarunt se, unus alterum,* اَلْأَخِلَّآءُ يَوْمَئِذٍ بَعْضُهُمْ لِبَعْضٍ عَدُوٌّ *amici tum unus alteri inimicus erit* (ubi عَدُوٌّ collectivum est).

530. Etiam verbum verbo apponi potest, ut in أَرْسَلَ يُعْلِمُهُ بِذٰلِكَ *misit, nuntians ei haec* (ubi imperfectum vim praesentis habet) et in فَأَرْسَلَ أَعْلَمَ بِذٰلِكَ أَبَاهُ *tum misit, nuntiavit hoc patri* (ubi posterius verbum prius explicat). Talia Syris frequentissima sunt, ut ܫܕܪ ܐܣܪܗ *misit, cepit eum.*

2. De generis numerique in enuntiatione concordia.

531. De concordantia generis numerique in enuntiatione verbali, in qua, ut supra § 506 diximus, praedicatum (verbum) subjecto (nomini) semper praemittitur, haec tenenda sunt:

1) Ubi subjectum singularis feminini veri est et verbum nulla voce interposita sequitur, verbum in feminino ponen-

dum est, ut قَالَتِ ٱمْرَأَةُ ٱلْعَزِيزِ *dixit uxor ʿAsîsi;* ubi vero inter verbum et nomen in singulari feminini veri positum aliquid inseritur, etiam masculinum verbi adhiberi potest, quanquam femininum praeferendum est, ut إِنَّ ٱمْرَءًا غَرَّهُ مِنْكُنَّ وَاحِدَةٌ *una ex vobis virum seduxit.*

2) Ubi subjectum singularis feminini non veri (grammaticalis) est, verbum aeque in masculino ac in feminino poni potest, subjectum sive nulla sive aliqua voce interposita sequatur, ut لِئَلَّا يَكُونَ لِلنَّاسِ عَلَيْكُمْ حُجَّةٌ *ne hominibus sit contra vos argumentum,* فَيَنظُرُونَ كَيْفَ كَانَ عَاقِبَةُ ٱلَّذِينَ مِنْ قَبْلِهِمْ *vident, quae fuit finis eorum, qui ante se vixerunt.*

3) Verbum, ubi a subjecto feminino voce إِلَّا separatum est, in masculino poni solet, ut مَا زَكَى إِلَّا فَتَاةُ ٱبْنِ ٱلْعَلَاءِ *non fuit innocens praeter servam Ibn-elàlâ* (زَكَى sc. أَحَدٌ); quanquam etiam femininum poni potest: مَا زَكَتْ الخ (sc. فَتَاةٌ).

4) Verba نِعْمَ, بِئْسَ et similia, ubi eorum subjectum nomen appellativum feminini generis est aeque in feminino ac in masculino poni possunt, sed elegantius in masculino ponuntur, ut نِعْمَتِ ٱلْإِمْرَءَةُ زَيْنَبُ, elegantius نِعْمَ ٱلْإِمْرَءَةُ زَيْنَبُ *Zeinab est egregia femina.*

532. 5) Ubi subjectum nomen est in masculino pluralis positum, verbum subjecto praemissum, quia subjectum nondum ut numero et genere accuratius descriptum menti obversatur, plerumque in singulari ponitur, maxime ubi inter verbum et subjectum unum vel plura vocabula intercedunt, ut قَالَ ٱلْمُؤْمِنُونَ *dixerunt credentes,* أَنُؤْمِنُ كَمَا آمَنَ ٱلسُّفَهَآءُ *num credemus, ut crediderunt insipientes?* جَآءَ ذَاتَ يَـوْمٍ رِجَالٌ مِنْ مَكَّةَ *venerunt die quodam viri Meccâ.*

533. 6) Ubi subjectum in plurali fracto positum est a singulari sive masculino sive feminino derivato, verbum

praemissum aeque in feminino ac in masculino singularis poni potest, ut ثُمَّ قَسَتْ قُلُوبُهُمْ مِنْ بَعْدِ ذَلِكَ *deinde posthaec dura facta sunt eorum corda*, فَقَدْ كُذِّبَتْ رُسُلٌ مِنْ قَبْلِكَ *jam alii legati ante te mendacii accusati sunt.*

534. 7) Ubi subjectum in plurali masculino regulari positum est, verbum praemissum in singulari feminino poni non potest. Excipe tamen بَنُونَ pl. vocis إِبْنٌ *filius* et similia, quae pro pluralibus fractis habentur, quia formam singularis non conservant, ut قَالَتْ بَنُوا إِسْرَآئِيلَ *dixerunt filii Israelis.*

535. 8) Ubi subjectum vel collectivum est, ut قَوْمٌ *populus*, vel totam speciem creaturarum denotat, ut غَنَمٌ *oves*, طَيْرٌ *aves*, verbum ei praemissum in singulari atque adeo in feminino pluralis poni potest, ut إِنِّي أَرَانِي أَحْمِلُ فَوْقَ رَأْسِي خُبْزًا تَأْكُلُ ٱلطَّيْرُ مِنْهُ *vidi, me super capite portare panem, de quo ederunt aves*, قَالَتِ ٱلْيَهُودُ لَيْسَتِ ٱلنَّصَارَى عَلَى شَيْءٍ *dixerunt Judaei: Christiani religionem profitentur, quae nihili est.*

536. 9) Ubi subjectum in feminino pluralis positum est, verbum ei praemissum in feminino vel etiam masculino singularis poni potest, modo subjectum sit vel femininum non verum vel pluralis fractus, ut فَأَصَابَهُمْ سَيِّئَاتُ مَا كَسَبُوا *mala, quae perpetrarunt, eos attegerunt*, قَالَ نِسْوَةٌ فِي ٱلْمَدِينَةِ *dixerunt nonnullae feminae in urbe*, فَبَكَى بَنَاتِي شَجْوَهُنَّ *filiae meae miseriam suam deplorarunt*, مِنْ بَعْدِ مَا جَآءَتْكُمْ ٱلْبَيِّنَاتُ *postquam signa clara ad vos pervenerunt.* Raro subjectis in plurali feminino regulari positis verbum in singulari masculino praemissum est, ut إِذَا جَآءَكَ ٱلْمُؤْمِنَاتُ *quando ad te venient feminae credentes.*

537. 10) Ubi de rebus ratione privatis vel adeo omni sensu carentibus ita sermo fit, ut personae esse vi-

deantur, verbum subjecto in plurali fracto posito in plurali masculino praemitti potest, ut قَالُوا لِجُلُودِهِمْ لِمَ شَهِدتُّمْ عَلَيْنَا قَالُوا أَنْطَقَنَا ٱللّٰهُ *dixerunt cutibus suis: quam ob rem testati estis contra nos? Responderunt: Deus loquelam nobis dedit.*

538. 11) Nominibus tribuum Arabicarum, quae plerumque feminini generis sunt, utpote vi collectiva praeditis verbum in plurali masculino praemitti potest, ut تَجَمَّعَتْ عُقَيْلٌ وَقُشَيْرٌ وَتَشَاكَوْا مَا يُلْحِقُهُمْ مِنْ سَيْفِ ٱلدَّوْلَةِ *gens ʿOqailitica et Qoschairitica convenerunt et querimoniam inter se habuerunt de iis, quae in se acta essent a Saif-ed-daula.*

539. 12) Eadem, quae de concordantia verbi cum plurali dicta sunt, de ejus cum duali concordantia valent, ut دَخَلَ ٱلسِّجْنَ مَعَهُ فَتَيَانِ *duo juvenes cum eo carcerem intrarunt,* قَالَتِ ٱلرِّجْلَانِ *duo pedes dixerunt.* Quamquam, ubi nomen femininum in duali positum vim collectivam habet et creaturas ratione praeditas denotat, verbum etiam in masculino pluralis ponitur, ut وَإِنْ طَآئِفَتَانِ مِنَ ٱلْمُؤْمِنِينَ ٱقْتَتَلُوا *et si duae catervae fidelium contra se invicem pugnant.*

Adnot. Potest tamen etiam verbum cum subjecto in plurali vel duali sibi postposito quoad numerum et genus concordare, ut وَقَدْ أَسْلَمَاهُ مُبْعَدٌ وَحَمِيمٌ *omnesque, tam remoti, quam propinqui, incolumitati ejus nihil damni attulerunt,* نَصَرُوكَ قَوْمِي *populus meus pro te pugnavit,* رَأَيْنَ ٱلْغَوَانِي ٱلشَّيْبَ لَاحَ بِعَارِضِي *viderunt puellae canitiem micare in gena mea,* أَكَلُونِي ٱلْبَرَاغِيثُ *pulices me comederunt* (quo exemplo Arabes uti solent ad hoc concordantiae genus designandum).

540. 13) In enuntiatione, cujus subjectum compositum est, i. e. ex pluribus subjectis constat, verbum, subjectis ubi praemissum est, aeque in plurali, ac, cum subjecto proxime sequente quoad numerum (et genus) concordans, in singulari poni potest, ut جِئْنَا أَنَا وَأَنْتَ *venimus ego et*

tu, تَكَلَّمَتْ مَرْيَمُ وَهٰرُونُ فِى مُوسَى *Mariam et Aaron contra Mosen locuti sunt*, وَيَسْنُدُ هٰرُونُ وَبَنُوهُ أَيْدِيَهُمْ عَلَى رَأْسِهِ *ponentque Aaron et filii ejus manus super caput ejus*. Quodsi vero verbum subjecto composito postpositum est, in plurali vel duali ponitur, ut اَلْبَطْنُ وَٱلرِّجْلَانِ تَخَاصَمُوا *venter et pedes inter sese altercati sunt*, وَٱلنَّجْمُ وَٱلشَّجَرُ يَسْجُدَانِ *et plantae et arbores adorarunt* (يَسْجُدَانِ, non يَسْجُدُونَ, quia اَلنَّجْمُ et اَلشَّجَرُ non individua, sed totas species significant), فَإِذَا حُمِلَتِ ٱلْأَرْضُ وَٱلْجِبَالُ فَدُكَّتَا دَكَّةً وَاحِدَةً *quando terra et montes sublata erunt ac comminuta una comminutione* (دُكَّتَا, non دُكُّوا, quia جِبَالٌ pluralis fractus est). Genus verbi pluribus subjectis genere a se differentibus postpositi masculinum esse solet, ut اَلْكَسَلُ وَكَثْرَةُ ٱلنَّوْمِ يُبْعِدُونَ مِنَ ٱللّٰهِ وَيُورِثُونَ ٱلْفَقْرَ *pigritia et nimius somnus a Deo abducunt et paupertatem adducunt*.

541. 14) Verbum haud raro non cum subjecto grammaticali, sed cum genitivo ei annexo (subjecto logico) quoad genus concordat, ut يَوْمَ تَجِدُ كُلُّ نَفْسٍ مَا عَمِلَتْ مِنْ خَيْرٍ *die, quo omnis anima inveniet quod boni fecit*, كُنْتُمْ خَيْرَ أُمَّةٍ أُخْرِجَتْ لِلنَّاسِ *vos estis optima gens, quae inter homines creata sit*, اِسْتَرْخَتْ جَمِيعُ أَعْضَائِى *omnia membra mea laxata sunt*.

542. De concordantia generis numerique in enuntiatione nominali eadem ferme tenenda sunt, quae de eorundem in enuntiatione verbali concordantia:

1) Ubi adjectivum subjecto postpositum est, genere et numero cum eo concordat, modo ne subjectum pluralis fractus sit; qui ubi est, adjectivum in feminino singularis poni potest, ut تَعْمَى ٱلْقُلُوبُ وَٱلْعُيُونُ نَاظِرَةٌ *corda caeca sunt oculis videntibus*.

2) Adjectivum verbale, ubi vice attributi fungens sub-

jecto praecedit, id quod in enuntiationibus negativis et interrogativis fit (cf. § 504. 9), subjecto in plurali vel duali collocato in singulari ponitur, ut أَدَاخِلٌ ٱلرَّجُلَانِ *intrantne duo viri?* مَا خَارِجٌ ٱلرِّجَالُ *non egrediuntur viri.*

3) Ubi subjectum collectivum est, attributum in plurali poni potest, ut كُلٌّ لَهُ قَانِعُونَ *omnes ei obediunt.* Idem fit, ubi verbum subjecto collectivo postponitur, ut وَلَكِنَّ أَكْثَرَ ٱلنَّاسِ لَا يَشْكُرُونَ *maxima tamen hominum pars beneficiorum est immemor,* فَرِيقٌ مِنْهُمْ يَخْشَوْنَ ٱلنَّاسَ *pars eorum homines timent.*

4) Attributum haud raro non cum subjecto grammaticali, sed cum ejus complemento (genitivo ei annexo), utpote subjecto logico, genere concordat, ut كُلُّ نَفْسٍ ذَآئِقَةُ ٱلْمَوْتِ *omnis anima mortem gustabit,* أَتْىُ ٱلْفَوَاحِشِ عِنْدَهُمْ مَعْرُوفَةٌ *scelera committere apud eos laudabile.*

5) Ubi enuntiationis nominalis subjectum pronomen demonstrativum vel personale, attributum nomen vel in feminino vel in plurali fracto*) positum est, illud, licet antecedens, ad quod refertur, generis masculini sit, plerumque in feminino singularis ponitur, ut تِلْكَ حُدُودُ ٱللّٰهِ *hae sunt regulae Dei,* تِلْكَ آيَاتُ ٱللّٰهِ نَتْلُوهَا عَلَيْكَ *haec sunt miracula Dei, quae tibi recitamus,* إِنَّ هٰذِهِ تَذْكِرَةٌ *haec est recordatio.*

B. De variis enuntiationum generibus.

1. De enuntiationibus negativis.

In enuntiatione negativa negatio semper ei enuntiationis parti praeponitur, quae proxime negatur. Quae pars plerumque quidem praedicatum, in duobus tamen enuntiationum negativorum generibus, in enuntiationibus, in quibus لَا نَافِيَةٌ

*) Qui ibi adeo, ubi a singulari masculino derivatus est, cum adjectivis, pronominibus et verbis in feminino singulari collocatis concordat.

ٱلْجِنْسِ est (vid. § 422) et in enuntiationibus, in quibus لَا et مَا vice verbi لَيْسَ funguntur (vid. § 425 Adnot.), subjectum est.

543. لَا praedicatum negans vim vel simpliciter negativam vel prohibitivam habet. Illâ ante indicativum imperfecti usurpatur (vid. § 392 Adnot.), hac 1. ante jussivum (vid. § 400, 2)), 2. ante modum energicum (vid. § 402, 2)), 3. ante perfectum in votis, apprecationibus, imprecationibus (vid. § 385, 6)) et juramentis, ut وَحَيٰوةِ فِرْعَوْنَ لَا خَرَجْتُمْ مِنْ هٰهُنَا *per vitam Pharaonis, non exibitis hinc!* وَٱللّٰهِ لَا عَصَيْتُ رَبِّى *per Deum, non adversabor Domino meo!* وَٱللّٰهِ لَا فَتَحْتُ هٰذَا ٱلْبَابَ *per Deum, non aperui hanc portam!* et 4. elliptice ante subjunctivum post verba prohibendi, timendi et similia, ut مَا مَنَعَكَ أَلَّا تَسْجُدَ لِآدَمَ *quid impedivit te, quominus Adamum adorares?* وَإِنْ خِفْتُمْ أَنْ لَا تُقْسِطُوا ٱلْيَتَامَى *et si timetis, ne injusti sitis contra orphanos.* Quamquam لَا interdum post verba impediendi et timendi omittitur, ut مَا مَنَعَكَ أَنْ تَسْجُدَ لِمَا خَلَقْتُ بِيَدِى *quid impedivit te, quominus adorares quod manu mea creavi?*

543. لَنْ, quod, utpote ex لَا et أَنْ ortum (cf. § 378), cum subjunctivo imperfecti construitur (vid. § 394) rem futuram vehementer negat, *non* erit, fiet *ut*, *nequaquam*, ut فَإِنْ لَمْ تَفْعَلُوا وَلَنْ تَفْعَلُوا *quodsi non facietis, et* (certissime scio, mihi persuasum est) *non facietis.*

Adnot. De لَمْ et لَمَّا vid. § 395.

544. مَا Arabes ibi maxime ponunt, ubi aliqua vox sequitur vel etiam antecedit, quae negationem restringit. Adhibetur igitur مَا ante إِلَّا *nisi*, ut مَا وَصَلَ مَنْ وَصَلَ إِلَّا بِٱلْحُرْمَةِ *non assecutus est, qui assecutus est, nisi veneratione,* سِوَى et غَيْرُ *praeter* (cf. § 466, 4)), ut مَا أَمْلِكُ شَيْئًا سِوَاهُ *non possideo rem praeter hanc,* حَتَّى *donec* et

إِلَى أَنْ *usque dum*, ut مَا زَالَ عَلَى وِزَارَتِهِ إِلَى أَنْ مَاتَ *non desiit Vesiratu suo fungi donec mortuus est*, مُنْذُ *ex quo* (cf. § 448), قَطُّ *unquam*, ut مَا رَأَيْتُ مِثْلَهُ قَطُّ *non vidi unquam simile quid*, أَحَدٌ *unus* et إِمْرُؤٌ *vir*, *aliquis*, ut مَا هَلَكَ ٱمْرُؤٌ عَنْ مَشْوَرَةٍ *non periit quisquam eo, quod alios in consilium adhibuit*, وَلَكِنَّ *sed*, ut مَا ٱشْتَرَيْتُهُ أَنَا وَلَكِنَّهُ أَحْضَرَهُ شَرِيكِى *ego ipse eum non emi, sed socius meus eum apportavit*, مِثْلُ *instar* et comparativum, ut مَا رَأَيْتُ مَلِكًا فِي قَوْمِهِ مِثْلَ مُحَمَّدٍ فِي أَصْحَابِهِ *non vidi regem in populo suo, qualis erat Muhammedes inter socios suos*, denique post لَوْ *si* et لَوْلَا *nisi*, ut لَوْ كَانَ لَنَا مِنَ ٱلْأَمْرِ شَيْءٌ مَا قُتِلْنَا هٰهُنَا *si nobis hujus rei aliquid obtigisset, non occisi essemus hic*, لَوْ كَانُوا عَرَفُوا لَمَا صَلَبُوا رَبَّ ٱلْمَجْدِ *si hoc scivissent, non crucifixissent dominum gloriae*. Quanquam ante et post haec vocabula omnia haud raro aliae etiam negationes leguntur. — Cum perfecto مَا rem praeteritum, cum imperfecto rem praesentem negat; cf. § 392 Adnot.

545. Particula conditionalis إِنْ in juramentis saepe eo, quod protaseos, quam incipit, apodosis omittitur, sensum negativum accipit, ut أَيَا ٱللّٰهُ إِنْ أَفْعَلُ هٰذَا ٱلْفَعَالَ *o Deus, si faciam hanc rem* (sc. peream, i. e. nullo modo hanc rem faciam), إِنْ أَمْسَكَهُمَا مِنْ أَحَدٍ مِنْ بَعْدِهِ *nemo eos* (coelos et terram) *cohiberet illo absente*; ibi maxime, ubi particula restrictiva إِلَّا sequitur, ut إِنْ أَجْرِى إِلَّا عَلَى ٱلَّذِى فَطَرَنِى *merces mea nonnisi ei debetur, qui me creavit*, إِنِ ٱلْكَافِرُونَ إِلَّا فِي غُرُورٍ *infideles certissime nonnisi in errore sunt*, ثُمَّ جَآؤُكَ يَحْلِفُونَ بِٱللّٰهِ إِنْ أَرَدْنَا إِلَّا إِحْسَانًا *deinde ad te venerunt per Deum jurantes: non voluimus nisi bene facere*; quibus in exemplis إِنْ eandem prorsus vim habet, quam particula negativa مَا. Quo etiam fit, ut in sermone poëtico et elato interdum ad negationem vehementissimam formandam مَا et إِنْ conjungantur, ut مَا إِنْ

تَمَسُّ ٱلْأَرْضَ إِلَّا مَنْكِبٌ مِنْهُ *haudquaquam tangit terram nisi scapula ejus*, مَا إِنْ رَأَيْتُ لَهُمْ فِي ٱلنَّاسِ أَمْثَالًا *haudquaquam vidi inter homines iis similes.*

546. لَيْسَ, quod aeque كَانَ ٱلتَّامَّةُ, ut in لَيْسَ لِصَحِيحِ ٱلْعَقْلِ وَٱلْبَدَنِ عُذْرٌ فِي تَرْكِ ٱلتَّعَلُّمِ *qui corpore et mente sanus est, ei ommissum scientiae studium excusare non licet*, ac كَانَ ٱلنَّاقِصَةُ (vid. § 424) esse potest, modo totam enuntiationem, modo singulam ejus partem, cui tunc proxime praemittitur, eamque aliqua cum vehementia, negat, ut هُوَ لَيْسَ بِعَالِمٍ *nescit*, لَيْسَ لِهٰذَا خُلِقْتَ وَلَا بِهٰذَا أُمِرْتَ *non ad* **hoc** *creatus neque* **hoc** *jussus es* (ce n'est pas à cela que etc). Posterius ubi fit, pro simplici لَا positum est, cujus loco etiam post perfectum verbi collocatum legitur, ut كَانَ ٱلنَّبِيُّ لَيْسَ بِٱلطَّوِيلِ وَلَا بِٱلْقَصِيرِ *propheta nec procerus nec brevis erat.* Denique saepissime imperfecto verbi loco particulae negativae praemissum invenitur, ut لَسْتَ تَنَالُ ٱلْعِزَّ حَتَّى تُذِلَّهَا *non poteris adipisci magnificentiam, donec illum* (animum tuum) *ad humilitatem depresseris*, وَلَيْسَ كُلُّ مَا فَاتَ يُدْرَكُ *non enim omnia, quae praetermissa sunt, reprehendi possunt*, فَكَانَ مَا كَانَ مِمَّا لَسْتُ أَذْكُرُهُ فَظُنَّ خَيْرًا وَلَا تَسْأَلْ عَنِ ٱلْخَبَرِ *fuitque, quod fuit, de eo cujus mentionem non feci, puta autem bonum fuisse, nec sciscitare, quomodo se res habuerit.*

547. Ubi cum enuntiatione, in qua aliqua ex particulis negativis لَنْ, لَمْ, لَمَّا, مَا vel verbum negativum لَيْسَ est, alia enuntiatio negativa per وَ copulatur, in hac, particularum enuntiationis antecedentis negativarum vice, particula negativa generalissima لَا ponitur*), quum specialem negationis colorem particulis negativis prioris enuntiationis significatum semel in-

*) Ibi maxime, ubi verbum enuntiationis prioris in posteriore non repetitur.

dicasse sufficiat (cf. § 385 Adnot.), ut لَنْ تُغْنِيَ لَهُمْ أَمْوَالُهُمْ وَلَا أَوْلَادُهُمْ *neque opes neque liberi ipsorum ipsis pro-derunt*, فَرَأَى أَنَّ كُلَّ جَسَمٍ مِنْ هٰذِهِ ٱلْأَجْسَامِ لَنْ يَعْرَى عَنْ هَاتَيْنِ ٱلْحَرَكَتَيْنِ وَأَنَّهُ لَا يَسْكُنُ إِلَّا إِذَا مَنَعَهُ مَانِعٌ *et vidit, nullum ex omnibus istis corporibus ab utroque horum motuum liberum esse, nec quiescere, nisi quum obstaret impedimentum*, فَرَأَى أَيْضًا أَنَّ ذٰلِكَ ٱلْبَدَنَ لَمْ يُخْلَقْ لَهُ عَبَثًا وَلَا قُرِنَ بِهِ لِأَمْرٍ بَاطِلٍ *vidit etiam, corpus illud non frustra sibi creatum, neque sibi nullum in finem conjunctum*, وَلَمْ يَبْقَى عَلَيْهِ مُشْكِلٌ فِي ٱلشَّرْعِ إِلَّا تَبَيَّنَ وَلَا مُغْلَقٌ إِلَّا ٱنْفَتَحَ وَلَا غَامِضٌ إِلَّا ٱتَّضَحَ *nec difficile ipsi mansit quidquam in praeceptis illis, quod non erat jam perspicuum, nec clausum, quod non apertum, nec profundum, quin manifestum ipsi fieret*, وَمَا زَالَ يُشَاهِدُ لِكُلِّ فَلَكٍ ذَاتًا لَيْسَتْ هِيَ شَيْئًا مِنَ ٱلذَّوَاتِ ٱلَّتِي قَبْلَهَا وَلَا هِيَ غَيْرَهَا *nec desiit videre, unicuique sphaerae esse essentiam, quae non erat ulla ex prioribus essentiis, neque ab iis diversa*, وَلَسْتُ أَعْنِي بِٱلْقَلْبِ جَسَمَ ٱلْقَلْبِ وَلَا ٱلرُّوحَ ٱلَّذِي فِي تَجْوِيفِهِ *per cor autem non intelligo corpus cordis, neque spiritum, qui est in ipsius cavitate.* Quanquam, ubi enuntiatio negativa posterior recenti vi orditur, negatio prioris repetitur, ut هَلْ هُوَ أَمْرٌ لَمْ يَزَلْ مَوْجُودًا فِيمَا سَلَفَ وَلَمْ يَسْبِقْهُ ٱلْعَدَمُ بِوَجْهٍ مِنَ ٱلْوُجُوهِ *an esset res, quae nunquam non olim exstiterat et quam nullo modo praecesserat privatio.*

Adnot. Etiam pro غَيْرُ repetendo لَا poni solet, ut نَحَرَهَا غَيْرَ مُحَبَّسَةٍ وَلَا مُعَقَّلَةٍ *jugulavit eas nec vinctas nec constrictas*, هُوَ غَيْرُ غَرِيبٍ وَلَا عَجِيبٌ *hoc non est inusitatum neque admirandum*; cf. § 466 Adnot. *a*.

2. De enuntiationibus interrogativis.

548. Interrogatio nonnunquam, et quidem ibi aeque, ubi altera interrogatio voculâ أَوْ vel أَمْ introducta ei subjungitur, ac ubi nihil eam sequitur, solo tono denotata, ut رَمْيُ ٱلْجِمَارِ رَاكِبًا أَفْضَلُ أَمْ رَاجِلًا *silices jacere equitem praestat, an peditem?* (رَمْيُ pro أَرَمْيُ) plerumque voculis adverbialibus §§ 377 et 78 indicatis exprimitur.

549. Ubi ad interrogationem expressam adverbio interrogativo simplicissimo أَ, quod saepe voci إِنَّ praefixum legitur, ut أَئِنَّكَ لَأَنْتَ يُوسُفُ *num tu es Josephus?* altera interrogatio voculâ interrogativâ أَمْ denotata accedit, interrogatio efficitur disjunctiva; quae indirecta, i. e. aliunde pendens, aeque ac directa esse potest, ut أَزَيْدٌ أَمْ عُمَرُ *Zeidus an ʿOmar?* سَوَآءٌ عَلَيْهِمْ أَءَنْذَرْتَهُمْ أَمْ لَمْ تُنْذِرْهُمْ *nihil eorum refert, utrum eos monueris, necne,* وَمِنَ ٱلْعَجَآئِبِ عُجْبُ مَنْ هُوَ جَاهِلٌ أَهُوَ ٱلسَّعِيدُ أَمِ ٱلشَّقِيُّ أَمْ كَيْفَ يَخْتِمُ عُمْرَهُ *ex rebus mirandis autem est admiratio sui ipsius in eo, qui de se ipso ignorat, beatusne futurus sit, an miser, aut quomodo terminaturus sit vitam suam,* ubi أَمْ repetitur, id quod haud raro fit. Interdum أَمْ in interrogatione disjunctiva sensum comparativi quam habet, ut أَهُمْ خَيْرٌ أَمْ قَوْمُ تُبَّعٍ *an hi meliores sunt quam gens Tobbaʿi* (pr. utrum hi meliores sunt, an etc.). — Ut أَمْ, ita etiam أَوْ in interrogatione disjunctiva usurpatur, ut وَٱخْتِلَافُهُمْ فِي نَعِيمِ ٱلْجَنَّةِ أَهُوَ مِنْ جِنْسِ نَعِيمِ ٱلدُّنْيَا أَوْ غَيْرُهُ *et disceptatio eorum de amoenitate paradisi, utrum sit ex genere amoenitatis vitae terrestris, an ab ea diversa.*

550. Particula interrogativa هَلْ, quâ paullo vividius quam particulâ interrogativâ أَ interrogatur, ut هَلْ تَحْفَظِينَ مِنْ أَبِي يُوسُفَ فِي ٱلْفِقْهِ شَيْئًا *tenesne aliquid memoria*

(quod didicisti) *ab Abu-Jusufo in scientia clericali?* saepissime in locutionibus هَلْ لَكَ أَنْ الخ *placetne tibi, ut* etc.? هَلْ لَكَ فِيهِ *placetne tibi illud?* هَلْ — إِلَّا *an-nisi?* et similibus usuvenit.

551. Particula interrogativa أَلَا vim affirmativam paullo fortiorem habet, nonnunquam insuper additâ particulâ إِنَّ corroboratam, ut أَلَا تَرَى أَنَّ ٱلْإِنْسَانَ لَا يَكْفُرُ بِٱلْمَعْصِيَةِ *nonne vides, hominem non fieri impium non obediendo?* أَلَا لَا تَنَالُ ٱلْعِلْمَ إِلَّا بِسِتَّةٍ *profecto non consequeris scientiam, nisi sex rebus,* أَلَا إِنَّ ٱلْحَدَاثَةَ لَا تَدُومُ *nonne enim vides, juventutem non manere?* أَلَا إِنَّهُمْ هُمُ ٱلسُّفَهَآءُ *nonne illi sunt insipientes?* Quo fit, ut perfecto sensu optativo posito (vid § 385, 6)) modisque imperativo, jussivo et emphatico praeponatur, ut أَلَا قَبَّحَ ٱللّٰهُ وَجْهَكَ *sane foedet Deus faciem tuam.* — Eodem sensu, quo أَلَا, etiam أَلَمْ, أَمَا et simplex مَا usurpatur, ut أَمَا وَٱللّٰهِ لَوْ تَعَدَّيْتَهَا قَتَلْتُكَ *nonne, per Deum, hoc si transgressus esses, te interfecissem?* قَالَ يَا مُحَمَّدُ مَا تَخَافُنِى فَقَالَ لَهُ مَا أَخَافُ مِنْكَ *dixit: O Muhammed! num me times?* (Du fürchtest dich doch nicht vor mir?); *tum ille ei respondit: non timeo a te.*

552. هَلَّا, أَلَّا, لَوْلَا et لَوْمَا, ab Arabibus حُرُوفُ ٱلتَّحْضِيضِ وَٱلْعَرْضِ *particulae excitationis,* dictae, imperfecto ubi praeponuntur, ad rem faciendam instigant, perfectum ubi praecedunt, propter rem non factam vituperant, ut أَلَّا تُصَنِّفُ كِتَابًا فِى ٱلزُّهْدِ *quin componis librum de abstinentia?* أَلَّا صَنَّفْتَ كِتَابًا فِى ٱلزُّهْدِ *quare non composuisti librum de abstinentia?* هَلَّا أَعْلَمْتَنِى *cur non certiorem me fecisti?* يَقُولُ ٱلَّذِينَ كَفَرُوا لَوْلَا أُنْزِلَ عَلَيْهِ آيَةٌ مِنْ رَبِّهِ *dicunt ii, qui non crediderunt: cur ei non est missum miraculum a domino suo?* لَوْلَا يُكَلِّمُنَا ٱللّٰهُ أَوْ تَأْتِينَا آيَةٌ *annon loquetur ad nos Deus aut veniet ad nos miraculum?*

لَوْمَا تَأْتِينَا بِٱلْمَلَآئِكَةِ إِنْ كُنْتَ مِنَ ٱلصَّادِقِينَ *annon efficies, ut angeli ad nos veniant, si tu es ex iis, qui verum dicunt?*

553. Pronomina interrogativa مَنْ *quis?* et مَا *quid?* accusativi et genitivi aeque ac nominativi locum obtinere possunt, ut مَنْ قَتَلْتَ *quemnam interfecisti?* بِنْتُ مَنْ أَنْتِ *cujusnam filia es?* مِن etiam ubi in genitivo postponendum esset nom. absol. ritu praemitti et postea per عَآئِدٌ (pronomen ad id referendum) repeti potest, ut قُلْ مَنْ بِيَدِهِ مَلَكُوتُ كُلِّ شَيْءٍ *dic: in manu cujus est potestas omnium rerum?* (مَنْ بِيَدِهِ pro بِيَدِ مَنْ). مَنْ in nominativo absoluto non praemissum itemque مَا pronomen ad ea referendum (رَاجِعٌ) nunquam sequitur. Ubi مَنْ praedicati loco positum et subjectum articulo definitum est, inter hoc et illud هُوَ interjicitur, ut مَنْ هُوَ ٱلْغَنِيُّ *quis est dives?* (cf. § 512). Ubi vero subjectum nomen proprium est, هُوَ non inseritur, ut مَنْ زَيْدٌ *quis est Zeidus?* Interrogativo مَا saepe ad quaestionem paullo vividiorem reddendam pronomen demonstrativum ذَا additur; quod pronomen simul pronominis relativi vice fungitur atque etiam inter مَا et pronomen relativum ٱلَّذِى, pronominibus مَنْ et مَا haud raro complementi loco junctum interponitur, ut مَا ذَا تَقُولُ et مَاذَا ٱلَّذِى تَقُولُ *quid hoc (est), quod dicis?* مَنَ ٱلَّذِى أَمَرَ *quis est qui jussit?* In مَنَ ٱلْغَرُورُ ,مَنْ إِلٰهٌ غَيْرُ ٱللّٰهِ يَأْتِيكُمْ بِهِ ,مَنْ فَتًى ,مَنْ فَارِسٌ أَقَلُّ رَأْيٍ مِنِّى et similibus مَنْ minime ut graecum τίς; et latinum *quis?* in τίς ἀνήρ *? quis vir?* loco adjectivi nominis sequentis est: *quis eques* (ille est, quem vides)? *quisnam vir? quis deus praeter Deum vobis id afferet? quis deceptus consilii magis quam ego est inops?* In talibus مَنْ subjectum et nomen sequens praedicatum est: *quis* (est) *eques? quisnam* (est) *vir? quis* (est) *Deus* — *alius ac verus Deus, qui id vobis afferat? quis* (est) *deceptus*

qui consilii magis inops sit quam ego? Adjectivi loco مَنْ ibi tantum est, ubi quis, aliquem de aliqua persona verba facientem, quaenam illa sit, interrogans, de ea eodem casu loquitur, quo ille locutus est, ut si quis dicit: رَأَيْتُ زَيْدًا *vidi Zeidum* et aliquis eum interrogat: مَنْ زَيْدًا *quem Zeidum?* Dicitur tamen etiam مَنْ زَيْدٌ *quisnam* est *Zeidus?* — مَنْ (interrogativum et indefinitum), plerumque cum masculino singularis structum, nonnunquam, ubi diserte de femina vel de pluribus sermo est, cum feminino et plurali struitur, ut مَنْ كَانَتْ أُمُّكَ *quaenam fuit mater tua?* مِنْهُمْ مَنْ يَسْتَمِعُونَ إِلَيْكَ *ex iis* (sunt) *aliqui, qui tibi obsequuntur,* مَنْ يَقْنُتْ مِنْكُنَّ لِلَّهِ وَتَعْمَلْ صَالِحًا *quae vestrum Deo se submiserit bonumque fecerit.* Item مَا in poësi cum feminino struitur, ubi poëta nomen femininum in mente habet et satis aperte innuit, ut فَتَظْلِمُ بَغْدَاذُ وَتَجْلُوا لَنَا ٱلدُّجَى بِمَكَّةَ مَا تَمْحُو ثَلَاثَةَ أَقْمُرِ *tum Baġdâd tenebrosa est, dispellitque nobis caliginem Meccae id, quod tres lunas delet* (sc. اَلشَّمْسُ *sol*, qui in lingua Ar. generis fem. est, vid. p. 92).

Adnot. مَنْ, de creaturis ratione praeditis dictum, nonnunquam etiam de brutis, de quibus plerumque مَا usurpatur, usuvenit. De rebus si dicitur, hae res ut animatae sistuntur. Ubi quis indicare vult, se nescire, cujusnam generis vel numeri sunt ratione praedita, de quibus loquitur, مَا pro مَنْ ponit, ut عَقَدُوا ٱلتَّاجَ عَلَى مَا فِي ٱلْحَامِلِ *coronam detulerunt ei* (infanti), *qui erat in gravidae* (reginae) *utero* (cf. Ev. Matth. 1, 20. Luc. 1, 35), قَتَلُوا مِنْهُمْ مَا شَآءُوا *interfecerunt ex iis quoscunque voluerunt* (viros, feminas, liberos), اِنْكِحُوا لَكُمْ مَا طَابَ لَكُمْ مِنَ ٱلنِّسَآءِ *in matrimonium ducite quotcunque feminae vobis placent.* Item neutrum مَا ut praedicatum personae usurpatur, si de ejus genere et conditione quaeritur, ut مَا أَنْتَ *quid tu es?* مَا رَبُّ ٱلْعَالَمِينَ *quid est mundorum dominus?*

554. De pronomine interrogativo أَيٌّ plura jam diximus §§ 369. 470 et 480. Quibus hoc loco haec addimus.

أَيٌّ non feminini (أَيَّةٌ) solum (§ 369), sed etiam pluralis (أَيُّونَ) loco ponitur, ut جِئْنَا بِأَيِّ عَصَوْا عَلَيْنَا *affer nobis eos, qui contra nos rebellarunt*, مِنْ أَيِّ ٱلنَّاسِ أَنْتَ *e quibusnam hominibus tu es?* — Porro أَيٌّ, ubi cum suffixo junctum enuntiationem nominalem praecedit, cujus subjectum pronomen personale subintelligendum est, non declinatur, quum subjectum sit enuntiationis, ut ثُمَّ لَنَنْزِعَنَّ عَنْ كُلِّ شِيعَةٍ أَيُّهُمْ أَشَدُّ عَلَى ٱلرَّحْمَنِ عُتِيًّا *deinde ab omni caterva eos removebimus, qui in rebellione contra Misericordem* (Deum) *pertinacissimi fuerunt*, إِذَا مَا لَقِيتَ بَنِي مَالِكٍ فَسَلِّمْ عَلَى أَيُّهُمْ أَفضَلُ *quando tu occurres filiis Maleci, eum ex iis saluta, qui praestantissimus eorum est.* Si pronomen personale expressum aut suffixum vocis أَيٌّ omissum fuisset, أَيٌّ in accusativo et genitivo (عَلَى ,أَيًّا أَشَدُّ ,أَيَّهُمْ هُوَ أَشَدُّ) عَلَى أَيِّ أَفْضَلُ ,أَيِّهِمْ هُوَ أَفضَلُ) fuisset positum. — Denique أَيٌّ etiam admirationi exprimendae inservit. Quod ubi fit, sing. masc. hujus pronominis adhibetur nomenque, quocum construitur, indeterminatum est. Ubi nomen indeterminatum praecedit, أَيٌّ eodem in casu, in quo hoc, ponitur, ut جِئْتَنِي بِرَجُلٍ أَيِّ رَجُلٍ *attulisti ad me virum, qualem virum!* Ubi vero nomen praecedens determinatum est, أَيٌّ in accusativo adverbiali collocatur, ut جَآءَنِي زَيْدٌ أَيَّ رَجُلٍ *venit ad me Zeidus, qualis vir!* Ratio haec est, quod أَيٌّ, quum ex numero vocum sit, quae ne genitivo annexo quidem determinantur, nunquam cum nomine determinato concordare potest. Nomen, quod admirationem creat, subintelligi aut virtualiter verbo contineri potest. Quod ubi fit, أَيٌّ eodem in casu ponitur, in quo hoc nomen positum fuisset, si fuisset expressum, ut إِنْتَكَوْا أَيَّ نِكَايَةٍ *vexati sunt, quali vexatione!* (أَيَّ, quia إِنْتَكَوْا أَيَّ الخ est pro إِنْتَكَوْا نِكَايَةً أَيَّ الخ).

3. De enuntiationibus relativis.

555. Enuntiationum relativarum duplex est genus: enuntiatio adjectivi locum tenens sive qualificativa, صِفَةٌ, quae enuntiatio nullius vocis ope nomini jungitur, ad quod refertur, et enuntiatio per pronomen relativum nomini antecedenti nexa, صِلَةٌ. Illa, utpote naturâ suâ indeterminata, nonnisi nomini indeterminato annectitur, haec contra, quum pronomen relativum اَلَّذِى ex articulo اَلْ, litera demonstrativa ل et nomine demonstrativo constet, nonnisi ubi nomen determinatum praecedit ponitur, ut مَرَرْتُ بِرَجُلٍ يَنُومُ *praeterivi hominem, qui dormiebat* (يَنُومُ = نَآئِمٌ *dormientem*), أَوَّلُ بَيْتٍ وُضِعَ لِلنَّاسِ *prima* (domus) *sacra, quae hominibus condita est*, إِنْ كَذَّبُوكَ فَقَدْ كُذِّبَ رُسُلٌ مِنْ قَبْلِكَ جَآؤُا بِٱلْبَيِّنَاتِ *si te mendacii accusant, jam mendacii accusati sunt ante te alii prophetae, qui attulerunt argumenta manifesta*, قَوْلٌ مَعْرُوفٌ وَمَغْفِرَةٌ خَيْرٌ مِنْ صَدَقَةٍ يَتْبَعُهَا أَذًى *verba benigna et venia meliora sunt, eleomosynâ, quam sequitur vexatio*, مِنْ قَبْلِ أَنْ يَأْتِىَ يَوْمٌ لَا بَيْعٌ فِيهِ *priusquam dies veniat, in quo non est emtio et venditio*, اَلْمَلِكُ ٱلَّذِى يَعْدِلُ *rex, qui justus est.* Quanquam enuntiatio qualificativa interdum etiam nomen determinatum sequitur, ibi scilicet, ubi articulus, quo nomen appellativum, ad quod enuntiatio relativa refertur, instructus est, totum genus significat, ut مَا يَنْبَغِى لِلرَّجُلِ يُشْبِهُكَ *quod decet virum, qui tibi similis est*, كَمَثَلِ ٱلْحِمَارِ يَحْمِلُ أَسْفَارًا *instar asini, qui libros portat*, اَلْأُمَمُ كُلُّهَا تَضْرِبُ ٱلْمَثَلَ بِعَنْقَآءَ فِى ٱلشَّىْءِ يُسْمَعُ وَلَا يُرَى *omnes populi 'Anqâ ut imagine* (ave fabulosâ) *utuntur rei, quae auditur et non videtur* (فِى ٱلشَّىْءِ يُسْمَعُ quasi pro فِى كُلِّ شَىْءٍ يُسْمَعُ), كَٱلْجَمْرِ يُوضَعُ فِى ٱلرَّمَادِ *sicuti pruna in cinere posita.* In نِعْمَ ٱلرَّأْىُ رَأَيْتَ *quam bonum consilium cepisti!* اَلرَّأْىُ est nominativus prior, رَأَيْتَ poste-

rior post vb. laudis; integer orationis sensus si restituitur, نِعْمَ ٱلرَّأْىُ رَأَيْتَ est = نِعْمَ ٱلرَّأْىُ مَا رَأَيْتَ, ita ut مَا sit مَا ٱلْمَصْدَرِيَّةُ *loco nominis actionis positum*, et اَلرَّأْىُ nomen actionis, non nomen concretum.

Adnot. Pronomen relativum, quo uti possent, ubi nomen enuntiationem relativam praecedens indeterminatum est, Arabes carent; nam مَنْ et مَا praeter relativam vim etiam vim pronominis definiti in se continent: *is*, *qui*, *id*, *quod*.

556. In enuntiatione qualificativa, ubi verbum continet, quod subjectum habet a nomine qualificato diversum, necessario pronomen suffixum inest ad nomen qualificatum se referens. Quod suffixum enuntiationem qualificativam cum nomine, cujus qualitatem indicat, connectit, ut مَرَرْتُ بِرَجُلٍ أَبُوهُ نَآئِمٌ *praeterivi virum, cujus pater dormiebat*, زَوَّجْتُ ٱبْنِى بِٱمْرَءَةٍ كَانَ عَمْرٌو يُحِبُّهَا *in matrimonium dedi filium meum mulieri, quam ʿAmr amavit.* Quamquam haud ita raro, ubi nexum inter nomen qualificatum et enuntiationem qualificativam sensus totius orationis tam dilucide indicat, ut de eo dubitari non possit, suffixum supprimitur, ut فَمَا أَدْرِى أَغَيَّرَهُمْ تَنَآءٍ وَطُولُ ٱلْعَهْدِ أَمْ مَالٌ أَصَابُوا *nec scio, utrum eos longinquitas temporisque spatium mutaverit, an opes*, (quas) *acquisiverunt* (أَصَابُوا pro أَصَابُوهُ).

557. Pronomen relativum in lingua Arabica ab initio tantum enuntiationis relativae poni potest; hanc ob caussam ab antecedenti reverâ ante se posito nonnisi per ellipsin pendet; denique, duali excepto, casibus prorsus caret. Quo fit, ut, quoties pronomen relativum in enuntiatione relativa a nomine vel verbo vel praepositione pendet, ad hanc ejus ab his orationis partibus dependentiam, quae ipsâ ejus formâ non denotatur, indicandam nomini vel verbo vel praepositioni pronomen personale addatur; id quod in duali adeo pronominis relativi fit, quanquam is casibus gaudet. — Ubi pronomen relativum subjectum enuntiationis relativae et haec enuntiatio nominalis est, subjectum inter et praedicatum pronomen personale separatum inseritur, ut اَلشَّيْخُ ٱلَّذِى هُوَ مَرِيضٌ *senex*,

